



Aphorismoi de prima rerum origine, et uita sanctissimorum, antiquissimorumq[ue] Patrum ex libro Geneseos

<https://hdl.handle.net/1874/428757>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell

Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- **de rug van het boek**
 - **de kopsnede**
 - **de frontsnde**
 - **de staartsnede**
 - **het achterplat**


This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- **the spine**
- **the head edge**
- **the fore edge**
- **the bottom edge**
- **the back board**


108
N
20



249







1. Et pietatis q[uod] n[on] dicitur
2. omnes iuram q[uod] n[on] dicitur
3. et regnorum sicut q[uod] n[on] dicitur
4. tales ha[bit]at u[er]o q[uod] n[on] dicitur
5. regnum dei. Et dicitur tu
6. et alii dicitur si m[an]us
7. non erit q[uod] ex tua
8. elemosia sed u[er]o
9. ex parte oris
10. dicitur ergo dicitur cognoscere
11. q[uod] est elemosia huius
12. pietatis
13. pietatis q[uod] est iustitia ipsius
14. regnum dei. C
15. omnes iuram regnum dei
16. habent q[uod] ex tua
17. elemosia sed u[er]o
18. elemosia sed u[er]o
19. elemosia sed u[er]o
20. elemosia sed u[er]o
21. elemosia sed u[er]o
22. elemosia sed u[er]o
23. elemosia sed u[er]o
24. elemosia sed u[er]o
25. elemosia sed u[er]o
26. elemosia sed u[er]o
27. elemosia sed u[er]o
28. elemosia sed u[er]o
29. elemosia sed u[er]o
30. elemosia sed u[er]o
31. elemosia sed u[er]o
32. elemosia sed u[er]o
33. elemosia sed u[er]o
34. elemosia sed u[er]o
35. elemosia sed u[er]o
36. elemosia sed u[er]o
37. elemosia sed u[er]o
38. elemosia sed u[er]o
39. elemosia sed u[er]o
40. elemosia sed u[er]o
41. elemosia sed u[er]o
42. elemosia sed u[er]o
43. elemosia sed u[er]o
44. elemosia sed u[er]o
45. elemosia sed u[er]o
46. elemosia sed u[er]o
47. elemosia sed u[er]o
48. elemosia sed u[er]o
49. elemosia sed u[er]o
50. elemosia sed u[er]o
51. elemosia sed u[er]o
52. elemosia sed u[er]o
53. elemosia sed u[er]o
54. elemosia sed u[er]o
55. elemosia sed u[er]o
56. elemosia sed u[er]o
57. elemosia sed u[er]o
58. elemosia sed u[er]o
59. elemosia sed u[er]o
60. elemosia sed u[er]o
61. elemosia sed u[er]o
62. elemosia sed u[er]o
63. elemosia sed u[er]o
64. elemosia sed u[er]o
65. elemosia sed u[er]o
66. elemosia sed u[er]o
67. elemosia sed u[er]o
68. elemosia sed u[er]o
69. elemosia sed u[er]o
70. elemosia sed u[er]o
71. elemosia sed u[er]o
72. elemosia sed u[er]o
73. elemosia sed u[er]o
74. elemosia sed u[er]o
75. elemosia sed u[er]o
76. elemosia sed u[er]o
77. elemosia sed u[er]o
78. elemosia sed u[er]o
79. elemosia sed u[er]o
80. elemosia sed u[er]o
81. elemosia sed u[er]o
82. elemosia sed u[er]o
83. elemosia sed u[er]o
84. elemosia sed u[er]o
85. elemosia sed u[er]o
86. elemosia sed u[er]o
87. elemosia sed u[er]o
88. elemosia sed u[er]o
89. elemosia sed u[er]o
90. elemosia sed u[er]o
91. elemosia sed u[er]o
92. elemosia sed u[er]o
93. elemosia sed u[er]o
94. elemosia sed u[er]o
95. elemosia sed u[er]o
96. elemosia sed u[er]o
97. elemosia sed u[er]o
98. elemosia sed u[er]o
99. elemosia sed u[er]o
100. elemosia sed u[er]o

¶ Et sicut in numero
¶ et in figura et in scriptura
¶ et in omni operi vestro
¶ quod est in Christo Iesu
¶ quod est in nos
¶ quod est in spiritu sancto
¶ quod est in regno dei
¶ quod est in celo.
¶ Et sicut in numero
¶ et in figura et in scriptura
¶ et in omni operi vestro
¶ quod est in Christo Iesu
¶ quod est in nos
¶ quod est in spiritu sancto
¶ quod est in regno dei
¶ quod est in celo.
¶ Et sicut in numero
¶ et in figura et in scriptura
¶ et in omni operi vestro
¶ quod est in Christo Iesu
¶ quod est in nos
¶ quod est in spiritu sancto
¶ quod est in regno dei
¶ quod est in celo.

Amen. Et dicitur
meliora dicitur omni
tibi pudentia et
modestia et caritatem
et fortitudinem et
temperantiam et
integritatem.

Amen. Et dicitur
deum tuum voluntate
quod dilectio domini
omnium fratrum tuis.

Amen. Et dicitur
propter fratrem
ad hanc missam.

Amen. Et dicitur
propter fratrem meum
et quod est fratrem meum
est et est qui est.

Lege secundum
propter fratrem
et quod est fratrem
haec dispensatio eis est
glorie in horum in
habeant quoniam
et per hoc sunt.

Amen. Et dicitur
propter fratrem.

modem

nicern

inalte

requis

ate qd

uent

impud

urit upr.

ser 2]

mittit

terefi

equem

at qm


ed epur


num


et qm

mittit

admit







N 38 C.

Ex dono H. Duschekij.

D 8° 172

ΑΦΟΡΙΣΜΟΙ

Karl 108

N 20

DE PRI-

MA RERVM ORIGINE, ET
vita sanctissimorum, antiquissimo-
rumq; Patrum ex libro Geneseos,
breues Aphorismi P E,

TRI ART Oe

P O E L.

BASILEAE PER HENRI-
CHVM PETRVM.



1 0 0 0 0 0 0

ДЕПРИ

АКАДЕМИЧЕСКАЯ
БИБЛИОГРАФИЯ
ПОДГОТОВЛЕНА
ДЛЯ ПОДГОТОВКИ
ДОКТОРСКИХ ДИССЕРТАЦИЙ
ПО ТЕМАМ:

ДОКТОРСКОЕ

ДОКТОРСКОЕ

МОСКОВСКОГО УНИВЕРСИТЕТА
ПОДГОТОВЛЕНА В 1970 Г.

REVE

RENDO IN CHRISTO PATER
tri ac Domino. D. Bartholomæo Sua
uenio; Dei gratia Episcopo Caminē=
si dignissimo, ac Domino suo reuerē=

ter colendo, PETRVS AR=

TOPOEVS in CHRIS=

STO salutem;



V C T V S tuus ho=
nor, Reuerendissime
in Christo Pater ac
Domine, admonuit
me eum, quē iam pro=
xime ante tibi dedica=
ui libellum, tria illa capita Geneseos
augere, postquam tu interim honore
profecisti, & ego interpretatione e=
ius libri publicè docens perrexi, &
quum duxi eundem meum laborem

a 2 iam

E P I S T O L A

Iam paulò auctiorem tuę tutelę submittere. Cuius aëditionis tu adeo mihi prebuisti occasionem, dum ab electio-
ne Episcopatus tui hic apud nos Stet-
tini aliquandiu domi tuę ageres, ac di-
scessurus interregares, quibus potissi-
mū studijs & pijs meditationibus a-
nimum meum occuparem. Ad quā in-
terrogationem cum non ferebat tē po-
ris angustia. prę tua festinatia, respō-
dere pro mea sententia, distulire ad
tempus commodius, & copiosius. Et
ut tandem qualitercunq; summa cum
reuerentia respondeam, destinaui has
meas pias meditationes de sanctissi-
morum patrum uita T. S. dedicare, un-
de cognosceres quibus plurimum stu-
dijs & meditationibus occuper & ob-
lecter. Ut mea qualiacunq; ueræ pie-
caris studia, tibi de meliore nota com-
mendarem, totiq; Ecclesiae consecra-
rem.

E P I S T O L A.

re. Non grauatus nec ueritus me tuo,
totiusq; Ecclesiae sano & sancto iudi-
cio subiçere, bene confisus de eius er-
ga filios suos pietate & clemētia, dec̄q;
tua erga studiosos, popularesq; tuos
benevolentia. Atq; ut tibi de hoc no-
uo suscep̄to Episcopatu gratuler, q;
felix faustumq; sit ad Diuinæ Maiesta-
tis gloriā, Ecclesiaq; Christianæ ædi-
ficationem & decus. Utq; meam tibi
ut Domino & Patrono meo exhibe-
am spontaneam promptitudinem ad
beneprecandum, ut Dominus te ue-
ris ueri episcopi insignijs & uirtutib.
decoret, quas Diuus Paulus ad Timo-
théum, Titūq; recenset, quib. iam an-
te episcopatum tuum satis splendide
fulgebas, eas adaugeat & confirmet
cum magna felicitate, quam diu uixer-
is. Arbitratus me, tibi rem facturum
esse non ingratam hoc oblato libel-

E P I S T O L A

Io, dum scio. T. S. impense studere &
gaudere bonis, ueris, & sacris histo-
rijs, & maxime his, quas citra contro-
uersiam scimus esse uerissimas, ualde
frugales, & ad multas res in uita pro
imitatione fidei, & integritatis scitu
necessarias, ut sanctissimorum pa-
trum Adam, Noah. Abraham, Isa-
hac, Iacob & Ioseph perspiciamus
exempla, quasi uiuas totius pietatis
imagines, quorum extant præclara
& diuina in omnibus sacris biblijs
testimonia nobis pro imitatione pro-
posita. Et quam uellem ut huiusmo-
di pñs exemplis omnes homines a pri-
ma ætate imbuerentur, ut eorum imi-
tatione efformaremur in terris, quo-
rum olim consortio æterno gaudebi-
mus in cœlis, ut ipsorum uestigijs qua-
si frugi & bonaæ indolis filij insisteremus,
in quibus spiritus sanctus con-
spicuis

E P I S T O L A.

spicuis argumentis habitauit, & Deus ipse saepius coram humana forma familiarissime locutus & conuersatus est, quibus & Christus suscep-
tus humanitatem, dignatus est fieri contribul. Quorum uitam dum pu-
blice docens qua potui breuitate ex-
plicaui, breues saltē aphorismos pro
faciliōri memoria conscripsi, distribu-
ti sacri panis minuta fragmenta ex ius-
su Domini mei Iesu Christi colligēs.
Tria autem illa capita omnium re-
rum originalis creationis & constitu-
tionis, trium linguarum forma addi-
di, ut quibuscunque lauticijs nostram
iuuentutem ad sacrarum linguarum
studia inuitarem, ipsaq̄ primis labris
prægustet ipsarum suavitatem, ut per
se sua sponte adfectet, sed video ip-
sum studium apud nos adhuc esse ual-
de frigidum, & neglectum, quod à

a 4 pri-


E P I S T O L A.


prima fronte & inexpertis uidetur dum & superuacaneum, & dum pauci adsunt exhortatores. Cum tamē in pietatis negotio & theologica professione cum primis necessarium & ualde commodum est, quod mecum fatentur & locupletes testes sunt omnes sacræ theologiae primarij professores. Tuę sanctitatis erit bona studia pietatis artium, & sacrarum linguarum fouere, ornare & prouehere, ad ueram sacræ reipublicæ constitutionem & conseruationem. Quod quidem iam satis strenue facis, & porro facies, etiamsi nullus moneam. His T. S. ad multos annos, extremamq; ætatem Domino saluam commendō, ad felicem tui Episcopatus administrationem. Meq; & mea omnia, & singulariter has pias meditationes tuæ tutelæ et patrocínio subiçio. Ac precor


ut


E P I S T O L A.

ut studiorum meorum principia be/
nigno uultu & beneuolentia foueas,
exuscites & prouehas . Promitto me
rursum pro uiribus fore promptum
& gratum. Stettini die natali
Domini nostri Iesu Chri
sti Anno, 1546.










DE PRI-

MA, KUNNEN OCH NIE
GELIJKTREDENEN, DIVERSEN
INNOVATIES IN EEN
ALTOONSTAAN-



DE PRI-
MA RERVM ORIGIN E,
ex libro Geneseos, breues an-
notationes, PETRI
ARTOPOEI.

P E T. A R T O P.

בְּרָא שִׁירָה

Κεφάλ. ๕.

בְּרָא א
אֱלֹהִים אֶת ה
פְּשָׁמִים וְאֶת
הָאָרֶץ:

וְהָאָרֶץ מִתְהַ
תֵּחַ וּבְחוֹרֵךְ שָׁגַ
עַל — פָּנֵי תְּחִרְמָ
וּרוּחַ אֱלֹהִים מִ
מִרְחַפְתָּ עַל — פָּנֵי
הַמִּינִים; וַיַּאֲכַר
אֱלֹהִים יְהִי־אֹיר
רְנוּחִי־אָרֶר; וַיַּרְא
אֱלֹהִים אֲתִתְהַ
חָאֹר כִּי־טַוְעַ
וַיַּכְלֵל אֱלֹהִים בֵּין חַזְקָ



τόμούνδανομ καὶ τὰ
γῆπ, ἀ μὲ γῆ πῦρ ἀσόρα-
τος Κακατασκεύα
σ. οὐκέτθειλε
κειτο ἐπάνω τῆς α-
βύσσου, καὶ πνεῦμα
θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπε-
νωτοῦ σπίλατο. καὶ
πάπερθθεός, γενιθή-
τα φῶς. καὶ εγένετο
φῶς. καὶ εισέρθεο
ὸς τὸ φῶς ὅτε μαλόμ,
καὶ μικρώσεισε ὁ θεό-
ὸς ἀνὰ μέσον τοῦ φω-

ναῖ
χνέ-
ῶσι
σεμό
θεός

GENESIS CAPVT I.

N principio crea-
vit Deus Cœlum & Ter-
ram. Terra au-
tem erat infor-
mis & uacua, &
tenebræ erant su-
per faciē abyssi et
Spiritus Dei mo-
tabat se super fa-
ciem Aquarum.

Dixitque Deus : Fiat Lux : &
facta est Lux. Et
uidit Deus Lu-
cem quod esset
bona : & distin-
xit Deus inter lu-

cem

Primum caput, est
ἐγένετο ϕῶς, coniuncto
opus creationis, six d.e-
rum.

Primo die.

A Eternus &
uerus ille Deus noster in
prima rerum origine
creauit cœlum & ter-
ram, hoc est, massam il-
lam ex qua cœlum &
terra fieret. Totum,
cuius postea distinguit
partes בָּרָא אֱלֹהִים
herbū singulare habet
nomen plurale, & est
mysterium diuinæ trini-
tatis personarum, in u-
nitate substantie, uni-

A 2 usq;

מָאוֹר יְבִין הַחֲשֶׁג
: וַיַּקְרֵא אֱלֹהִים
לְאוֹרוֹם וּלְחֶשֶׁב
סְנָא לְיִלְחָד נְיוֹהִיד
עֲרָב נִיחִיד בָּסֶר
וּסְמָךְ :

וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים
יְחִי נְקִיעַ בְּתוֹךְ
חַטִּים יוֹהִי מִ
מְכֻרִיל בֵּין טִים
לְמִים : וַיַּעֲשֵׂה
אֱלֹהִים אֶת־הָר
נְקִיעַ וַיַּבְּגַל בְּ
בֵּין חַטִּים אֲשֶׁר
מִזְחַת לְנְקִיעַ וּ
וּבֵין חַטִּים אֲשֶׁר
מִצְלַל לְנְקִיעַ וּ

τός, οὐκέ αὐτά μέσορ,
τού σκότους. ὡς ἐκα-
λεστεμ ὁ θεός τὸ φῶς,
ημέραμ. καὶ τὸ σκό-
το, ἐκάλεσεν τὰ
καὶ ἔγενετο ἐσπέρα
ηγένεται πρωτημέ-
ρα μία. Καὶ ἐπειδή
ὁ θεός γεννήτως ε-
ρέωμα ἐμ μέσω τοῦ
ὑπλατώ. καὶ ἐξωθή-
χωρίζομενα μέσορ
μλατώ εἰ μλατώ.
ηγένετο οὔτως. ὡς
ἐποίησεμ ὁ θεός τούς
ρέωμα, καὶ μεχάρε-
σεμ ὁ θεός αὐτά μέσορ
εἰ μλατώ ὁ θεός τούς
κάτω τούς ερεώμα-
το. καὶ αὐτά μέσορ
εἰ μλατώ εἰ πάντα^ε
εἰ ερέωματο καὶ

tem & inter Tenebras. Et uocauit Deus lucem Diem: & Tenebras uocauit Nōctem, & fuit uespera, fuitq; mane Dies unus.

Et dixit Deus: Fiat Firmamentum in medio Aquarum, & sit distinctio inter Aquas & Aquas.

Et fecit Deus Firmamentum, distinxitq; inter Aquas, quæ sunt sub Firmamento, & inter Aquas quæ sunt supra Firmamentū, & factum

usq; operis trium perəתְהִירַבְהָרַן sonarum significant rudem, informem, inanem, uacue am, incultam, & ignoratam illā massam terre, quam Græci uocat χοτός confusam miscellam. LXX. uertunt τέοπατΘ וְיַאֲנֹתָאָרְקֵוּבָס, id est, obscuram, inuisibilem, indistinctam, & inapparatam molem aquis abyssi circumceptam.

Mons ille spiritus Dei suit operosus sed in tenebris, in inuisibilibus et spiritualib. cresaturis, que sunt supra et ante omnes uisibiles creaturas, ministrato-

A 3 rijspi

P E T. A R T O P.

גַּוְתִּיבָן : וַיַּקְרֵב
 אֱלֹהִים לְנַקְיִע
 שְׁמֵי גַּוְתִּיבָן
 גַּוְתִּיבָן בֶּשֶׁר יוֹם
 שְׁנִי : וַיֹּאמֶר
 אֱלֹהִים יִקְרֵב תְּ
 פְּנֵיכֶם מִתְחַדֵּת
 חַשְׁמִים אֶל־מִ
 מִסּוּם אַתָּה רַ
 וְתַרְאָתְךָ תִּיפְשַׂת
 גַּוְתִּיבָן : וַיַּקְרֵב
 אֱלֹהִים לִיְבַשְׁתָה
 אָרֶץ יַלְמִזְרָחָה תְּ
 קְפֻוִים קְרָאִים
 גַּוְתִּיבָן אֱלֹהִים בְּ
 טְבָבָן : וַיֹּאמֶר
 אֱלֹהִים בְּרַכְתָּ
 תְּאָרֶץ גַּשְׁתָּא צ

ἐπάλεσε μόθιός τόπο⁵¹
 γένα μα, οὐρανόμ. οὐέν
 μέμφόθεος ὅτι καλόμ.
 οὐέγένετο ἐσπερα⁵² οὐέ
 εγένετο ἀρωιάμέρα
 μεντερα. Καὶ εἰπε⁵³
 ούθεος. συναχθετω τό⁵⁴
 υμάρτι τόπος κάτω
 τουσύρανον, εἰς συ-
 ναγωγήμ μίαν, οὐέφ
 θετωήξηρά. οὐέγένε-
 τοσύττ, ουσαχητ⁵⁵
 υμάρτι τόπος κάτω
 τουσύρανον εἰς τὸς
 συναγωγάς αυτή. οὐέ
 ἄφθητήξηρά. οὐέκάλε-
 σε μόθεος τὴρ ξηράμ,
 γηρά. οὐέτασυνημάτα
 τηυμάτωμ ἐκάλεστ
 θαλάσσας. οὐέμεμφό
 θεος ὅτι καλόμ. οὐέτι
 μέμφόθεος. έλασησα
 τωμέγηνοτάνημ χρό

factum est ita. Et uocauit Deus fir
mamentum cœ-
lum: & fuit uespera,
fuitque mane
Dies secundus.

Et dixit Deus:
Cōgregentur A-
qua sub cœlis in
locum unum ut
appareat Arida:
factumq; est ita.
Et uocauit Deus
Aridam terram,
& collectionem
Aquarum uoca-
vit maria: & ui-
dit Deus quod
esset bonum. Et
dixit Deus: Ger-
minet Terra her-
bam uirentem

qua

rij spiritus, Hebreorū
primo. Ant incubab-
bat eis ut foecundaret
eas, & produceret ua-
rias formas seu species,
ut auis incubat ouis.

Nam ut uitellus est in
medio ouo circumcep-
tus albumine, ita terra
erat undiq; circumcep-
ta aquis. Psal. 104.

Priusq; Deus creat
uisibiles creaturas, cre-
at lucem, & accendit
candelam ad quam cō-
spici possunt.

Lux illa diurnalis est,
quam postea illustrat
sol. Distinguit lucem.
à tenebris, inuisibilitate
ab inuisibilibus, eaq;ue
est dies, constitutio &

A 4 rcuo

עַשְׂבָּמִזְרִיעַ
וְרֹעֵעַ
עַשְׂחָתְּפָרִי
לְמִינְגָּרָא
וְרֹעֵעַ-בָּרָעַ
כָּאָרֶץ בְּרִיחָה כּוֹ
בְּרִיחָה

הָאָרֶץ הַשְׁמַתָּה
עַשְׂבָּמִזְרִיעַ
וְרֹעֵעַ
וְרֹעֵעַ
אֲשֶׁר
לְמִינְגָּרָא
אֲלָהִים
נִיחָה-עֲרָבָה

τοῦ σπείρου σπέρ-
μα καὶ γενέσιον τοῦ κατό-
ντος ὀμοιότητα. καὶ
ξύλον πάρεπομενον τοι
σκυροπόδι. τὸ σπέρ-
μα αὐτοῦ εἰπεντοῦ
κατὰ γένεσιν τοῦ τοῦ
τοῦ καὶ έγένετο οὐ-
τας. καὶ έχεινεγκει-
ηγενέσιν χρόνον
σπείρου σπέρματος κα-
τὰ γένεσιν τοῦ κατό-
ντος ὀμοιότητα. καὶ
λόρη πάρεπομενον τοι
σκυροπόδι. τὸ σπέρ-
μα αὐτοῦ εἰπεντοῦ
καταγένεσιν τοῦ τοῦ
τοῦ. καὶ έπειδή μεθε-
όστος καὶ πόλεων καὶ
επαγγελμάτων

I N G E N E S.

9

quæ seminificet
semen: et lignum
fructiferum, fa-
ciens fructum iu-
xta speciē suam,
cuius semen in se
metipso sit super
Terram, & fa-
ctum est ita.

Et prodire fecit
Terra herbam ui-
rentem seminifi-
cantem iuxta spe-
ciem suam, & ar-
borem faciētem
fructum, cuius se-
men sit in semet
ipsa iuxta speci-
em suam: Et uidit
Deus quod esset
bonum.

Et fuit uespera,
fuit,

reuolutio totius mun-
di, & omnium creatu-
rum.

Firmamentum ueri-
us extensio secundum
Hebreos ψ̄ 7 dice-
retur. Græcis σεπεωμος
Latinis firmamentum
dicitur, quod maximā,
& extensam illam mo-
lem aquarū supra cœ-
los sustinet per uirtu-
tem uerbi, quantumuis
limpidissimū et tenuis-
simū sit. Non secus ac si
quis uescicā aut bullam
sufflādo extēdat, ita ut
singuliflatus Dei faci-
ant singulas spheras,
quas postea ornat, dis-
cernit, & conspicuas
reddit astris.

A 5 Coelum

וַיֹּהֵי בְּקֶרְבָּן יוֹם שְׁלִישִׁי:
 וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים
 יְהִי מְאָרֶץ בְּ
 בְּرֵקֶשׁ חַשְׁמִימִים
 לְחַבְיוֹל בֵּין חַיִּים
 הַיּוֹם וּבֵין הַלְּ
 הַלְּילָה וּתְיוֹרָה לְ
 לְאַתְּתְּ זֶה וְלְ
 גָּלְמוּעֲדִים וְלְ
 גָּלְגָּלִים וּנְגִינִּים
 וְרִיחִים לְמִאָרֶתֶת
 בְּרֵקֶשׁ חַשְׁמִימִים
 לְהַאֲרוּצָלְהָאָרֶץ
 וַיֹּהֵי בָּזְן וּנוּשָׂ
 אֱלֹהִים אַחֲשָׁנִי
 תִּמְאָרֶת חַגְרָלִים
 אַחֲתַפְּתָאַיְרִי חַ

οὐέγενον πρωτίην
 ἐκ τρίτην. Καὶ εἶπεν
 ὁ Θεός. γεννηθήτωσαρ
 φωτῆρες ἐκ τοῦ στόχου
 ὀμάτιον τὸ οὐρανοῦ
 εἰς φαύσικα μὲν τὴν
 γῆν, καὶ μάχαιραί τε
 ανὰ μέσον τῆς ἡμέρας
 καὶ νὺν ἀνὰ μέσον της
 νυκτός. καὶ εἴσασθαι
 εἰς σκηνέαν γε εἰς κοι-
 ρούς καὶ εἰς ἡμέρας
 καὶ εἰς ἐνιστούσους. Ο-
 τιδωσαρ εἰς φαύσικα
 ἐκ τοῦ στόχου μάτιον
 οὐρανοῦ ὃς τε φα-
 νεῖρα μὲν τῆς γῆς, καὶ
 ἐγένετο οὐτας. καὶ
 ἐποίησεν ὁ Θεός τους
 δύο φωτῆρας τους
 μεγάλους. τὸν φω-
 τῆρα τὸν μέγαν

fuitque mane Di
es tertius.

Et dixit Deus:
Fiant luminaaia
in firmamento
Cœlorum, ut dis-
tinctionē faciat
inter Diem & in-
ter Noctem: Et
sint in signa, &
in certa tempora,
& in dies, at-
que annos. Et
sint proluminari-
bus in firmamen-
to Cœlorum, ut
lumen præbeant
super terram, &
factum est ita. Fe-
cit aut̄ Deus duo
Luminaria Mag-
na: Luminare ma-

ius
cælum כֵּבֶשׂ plus
ralis numeri tatum ab
aq̄s nomen habet, quod
ab aquis, inter aquas
positum ipsas discernit
& sustinet. Græcis οὐ
πανος dicitur ab ο γέω
quod sit perspicacissi-
mum. Aut ab ου ερό-
γέω quasi inuisibile
corpus præ teneritu-
dine. Latinis cælum di-
ctum, puto à κοίλο
quod uacuum significat.

Singulis diebus di-
cēdo facit Deus, ut de-
claret omnipotentiam
& diuinitatem uerbi
sui, nam quid est faci-
lius diclu, et qd est dif-
ficilius factu tatas res,
idq; una dñe, imo uno

mea

הַגְּרָל לִמְמוֹשֶׁלֶת
 חֵיּוֹם וְאַתְּ־תָ
 חֲפוֹאוֹר חַקְטָן לְ
 לִמְמָשְׁלִיתָה
 חַלְילָה וְאַרְצָה
 חַפּוֹזְבִּים;
 נִירְפָּנָ אַתָּם
 אֱלֹהִים בְּרִקְיעָ
 הַשְׁמָיוֹס לְמָאוֹר
 עַל־הָאָרֶץ;
 וְלִמְישָׁל בַּיּוֹם
 גְּבָלִילָה וְלָ
 וְלַהֲבֵדְיוֹל בֵּין הָ
 חָאָר וּבֵין חָה
 בְּיַרְאָא אֱלֹהִים בַּי־טוֹב;
 עַתְּ עַרְבָּה נַחַי בְּסָר יוֹם רַבִּישִׁי;

εἰς ἀρχαὶ τῆς ἡμέρας, καὶ τὸν φωστὴν
 εἰς τὸν ἐλάσσον, εἰς
 ἀρχὰς τῆς νύκτος. οὐ
 τοὺς ἀπέργεις. οὐδὲ
 ἔθετο ἀντοὺς ὁ θεός
 ἐκ τοῦ προέργωματος
 οὐρανοῦ, ἃς τε φα-
 νεῖ μὲν τῆς γῆς, καὶ
 ἀρχεῖμ τῆς ἡμέρας
 καὶ τῆς νυκτός, καὶ
 στραχωρίζει μέσην
 σορὸν τοῦ φατος. Καὶ
 μέσορ τοῦ σκότους.
 Καὶ εἰστρέψθεος ὅτι το-
 λόγον. Καὶ εγένετο ὅτι το-
 ρα καὶ εγένετο ωραὶ^{το}
 ἡμέρας ταῦτα τέρην.

ius in dominium
Dici, & Luminar-
te minus ad do-
minium Noctis,
& Stellarum. Posu-
itq; eas Deus in
firmamento Cœ-
li, ut lucem præ-
beant super Ter-
ram. Et ut do-
minarentur in di-
em, atque in no-
ctem, & distincti-
onem faciant in-
ter Lucem, & in-
ter Tenebras: &
uidit Deus quod
esset bonum. Et
facta est uespera,
factumq; est ma-
ne, Dies Quar-
tus.

Et

momento? Ecce quam
elegantissimo ordine
sapientissimus ille ar-
chitector Deus in ex-
tructa domo procea-
dit. Primum ponit fun-
damentum terrā: deinde
de tectum, cœlū: postea
parietes, segregat a-
quas: dehinc apparat
area ipsam terrā, eam
que exornat uario paa-
uumēto, omnigenis her-
bis & floribus: simul
que præparat cibum in
herbis & arboribus fa-
miliæ futuræ. Dehinc
exornat tectum & ta-
bulatum, cœlum, lacunæ
ribus & laquearibus,
luminibus et astris. Ta-
dem præparat familiā
animana

וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים
 יְשִׁרְצֵי הָמִינִים שָׁ
 שָׁרֵץ נֶפֶשׁ חַיָּה
 וְעוֹת יָעוֹבָת עַל
 הָאָרֶץ עַל -- פָּנֶיךָ
 רְקִיעַ הַשָּׂמִים ;
 וַיַּבְרָא אֱלֹהִים
 אֶת הַפְּנִים ה
 הַגְּדִילִים וְאֶת
 בָּלְגִשִּׁים חַיִת
 סְרִטְשָׁתִים אֲשֶׁר
 שְׁרֵצָה הָמִינִים ל
 לְמִינְגָּהָם וְאֶת
 בָּלְעָה בְּנָתָה ל
 אֶלְגָּתָה וַיַּרְא אֱלֹהִים בְּרִיתָם ;

καὶ ἐπέφυσθεός
 ξαγαγέτω τὰ ὑψη
 τα, ἐπειτα τούτων
 λωτῶν ποὺ πετείνει
 πετείνει μελνα πάντα
 γῆς κατὰ τὸ σχεδια
 μα καῦσε ράβον. ποὺ
 ἐγένετο σύτας. ποὺ
 ἐποίεσθε οὐθεός τὰ
 τὰ τὰ μεγάλα, πού
 πάσαμε τούτων λωτῶν
 ἐργαζόμενον αἱ ἔξημα
 τὰ σύλατα κατὰ γῆ
 νηστών. τούτων πού
 τενόμησε φωτόρ κα
 τὰ γένος ποὺ πετείνει
 οὐθεός, στα καλά,

Et dixit Deus
reptifcent Aquæ
reptilæ animæ ui-
uentis: Et uola-
tile uolitans su-
per Terram, ad
faciem firmamen-
ti Cœlorum.

Et creauit De-
us Cœtos Mag-
nos, & omnem
Animam Viuen-
tem, & motabi-
lem quam repe-
re fecerunt Aquæ
iuxta speciem su-
am. Et omnem
uolucrem pen-
natam iuxta spe-
ciem suam, & ui-
dit Deus quod es-
set bonum.

Et

animantia, patrifami-
lias uenturo homini: us
omnia in parato haben-
at. Ita ut proprijs
mē mundus κόσμος
dicatur, quasi exornas-
tissima domus. Et ome-
nia commendant no-
bis bonitatem sapiens-
tiam, prudentiam, &
curam Dei de nobis &
omnibus creaturis.

Terra ante benedi-
ctionem arida propriè-
de natura dicta est pro-
pter sterilitatē, post be-
nedictionem dicta est

אֶרֶץ à fertilitate q
semper appetat & af-
fectet geminare.

יָם Mare, ab

aquis

גַּיְבָּרֶג אֲתָם
אֱלֹהִים לְאָמֵר פָּ
פָּרָג גִּרְבָּי רַטְ
וּמְלָאוֹג אַתָּה רַתְ
חַפְוִים בְּקִימִים
וְהַשְׂוִית יְנֻבָּב
בְּאָרֶץ;

וּנְחַיְּעַרְבָּ
וּנְהַיְּכָרְבָּרְיָם
בְּמִישִׁירָ
וּנְיַאמְרָ אֱלֹהִים
חַרְצָא חַרְצָא נָפָ
גְּפַשׁ חִנָּה לְמִנְחָת
בְּהַמִּיחָה וְרַטְמָשׁ וָ
וּנְתִיהּוּ-אָנָצָ לְ

בְּנֵישׁ אֱלֹהִים אַתָּה תַּחַת סְאָרֶץ

אֲלֹהִים עַל גָּזְבָּעָמָךְ אָמֵת
וּמְדוֹס לְגָעָאָרְ. אַעֲדָ
נְאָלֶה כְּלָא הַשְׁעָרָה
אַגְּלָא וְאַתְּהָאַתְּהָ
שְׁמַחְתָּא אָמֵת תָּאַתְּסָ
גָּלְאָמָרָא, אַפְּנָתָא
תָּאַתְּהָאַתְּהָאַתְּהָ
סְאָרָמָאַתְּהָאַתְּהָאַתְּהָ
בְּגָנָעָאַתְּהָאַתְּהָאַתְּהָ
אַתְּהָאַתְּהָאַתְּהָ
שְׁמַעְמָרָה. קָאָטָ
פְּרָעָה אָלְהִים. אַעֲדָ
תָּאָנָעָן, פָּלְחִים
סְאָרָקָתָאַתְּהָ
תְּגָאַפְּסָמָלָאַתְּהָ
תָּאַעֲלָאַתְּהָ
תְּגָעָנָתְּהָ
וּנְתָאָסָ, אַגְּלָא
וְאַתְּהָאַתְּהָ
לְמִינְגָּתְּהָ
וּנְחַיְּבָנוּ;

Et benedixit eis Deus, dicens:
Fructificate, & multiplicamini, et implete Aquas maris, & Avis multiplicetur in terra. Et fuit uespera, fuitq; mane dies Quintus.

Et dixit Deus: Producat Terra animā uiuentem, secundum speciem suam, iumentum, reptile, et bestiam terrae, secundum speciem suam: & factum est ita.

Et fecit Deus bestiam Terrae iuxta spe-

רִפְיוּם *aquis deducatur plurale, indicat uarias esse congregations aquarū seu maria.*

Vno eodemq; die nata est herba tenera, & seminifcans, quod alias toto fit semestri.

Vnumquodq; semen creatum est ad conservandam suam speciem.

Bonum est honestū pulchrum, aptum, utille, & inemendabile.

Causa per se bona, bonus producit effectus.

Et bonum effectum dicitur relatione bone cause. Bonitas cause superat omnem bonitatem sui effectus.

B Ergo

19 PET. ARTOP.

למיינַה זאָרְצַ-
הַכְּחִמָּה לְטִינָת
וְאֶת פֶּלְגָּמָשׁ
תַּאֲרִמָּה לְמִינְגָּהִי
רוּרָא אֱלֹהִים גַּ-
בִּיטָּבָן

רְאֵבֶנֶר

אלֹהִים נָעֲשָׂה אֶת־
אַיִל בְּצַלְמֹנוּ כְּ
כְּרָמִיתָנָה וּוּרְדָה
כְּרָגָת חִינָּס וְכֵ
גְּבֻרָה הַשְׁמִינִים
אַבְּבָחָטָה גְּבָבָל־
חָאָרֶץ גְּבָבָל־חָרֶ
גָּל־הָאָרֶץ :

κατὰ γένος. καὶ τὸ
κτίνη κατὰ γένος
ἀντίθετο. Καὶ πάντα τὰ
ἔρπετα τῆς γῆς κα-
τὰ γένος. καὶ εἰσι περ
ό θεος στηναλά. καὶ
ἴπεται οὐθεος. τούτοιο
μὲν ἀνθρώπων πατεῖ,
εἰκόνα τῆς τερέραρη καὶ
καθ' οὐρανού. καὶ
ἄρχετων αὐτῶν ἐχεῖ
καὶ τῆς θαλάσσης Καὶ
τῶν πετενῶν πατεῖ
γενοῦν. καὶ τῶν κτη-
ναρ, καὶ πάντων τῆς
γῆς, καὶ πάντων τῆς
ἔρπετος τῶν ερωτι-
κῶν πάντης γῆς.
תְּרִמֵּשׁ תְּרִמֵּשׁ

speciem suam, & iumentum secundum speciem suam, & omne reptile Terræ iuxta speciem suam. Et uidit quod esset bonum. Dixitq; Deus: Faciamus hominem in imitate similitudinem nostram: & dominentur in pisces Maris, & in uolucrem Cœli, & in iumentum, & in omnē Terram, & in omne reptile reptans super Terram.

Et

Ergo Deus est omnium optimus & maximus.

Quanto longius credit Deus, tanto subtiliores res facit, ideoque plus luminis addit quo conspiciantur, ut sic in suis creaturis usq; magis conspicuum se præbeat.

Quarto die ornat firmamentum, & distinguit spheras cœlestes luminibus, demandatq; illis certa officia, ut sint signa præsigia futurorum, ut distinguant certa tempora anni: dies, dierumq; partes & operas.

Astra sunt quasi ac-

B 2 censæ

וְבָרָא אֱלֹהִים
אֶת־הָאָרֶץ בָּצָ
בָּצָלְמוֹ בָּצָלְם
אֱלֹהִים בָּרָא אֶ
אָתָּה נָבָר גַּנְקְבָתָ
בָּרָא אַתָּם;
וְיִבְרָךְ אַתָּם
אֱלֹהִים רְאֵאמֶר
לְהָמָם אֱלֹהִים פָּ
פָּרָה רְבָרָה זָמָ
יְמָלָא אֲהָדָה
הָאָרֶץ יְכַבֵּשָׂתָ
גְּדוּלָה בְּגָתָתָ הַיִם
וּבְעוֹזָה חַשְׁמִיםָ
גְּבָבָל־חַפְתָּה תָּ
טוּמְשָׁת עַל־הָ
סָאָרֶץ;

בְּאֵאמֶר אֱלֹהִים חַפְתָּה נְתַחֵר לְ

אָתָּה אֲשֶׁר־בְּעֵד
תָּמְלִיכָה שְׁקוֹשָׁם. וְאֵת
עַקְוָנָא תְּבוּשָׁה אֶפְסִינְדָה
אַעֲטָה. אַקְסָעָה. וְאָתָּה
לְעֵדוֹת אֲשֶׁר־אַעֲטָה
אַיְלָעָגָה אֲשֶׁר־אַעֲטָה
וְתִּבְרָא לְעֵדוֹת
וְאָתָּה תְּלִיחָוָתָה
תְּבָרֵךְ גַּעַן, וְאָתָּה
אַנְרִיעָתָה אֲשֶׁר־אָתָּה
וְאָתָּה אַרְגָּחָתָה תְּבָרֵךְ
אָתָּה תְּלִיחָתָה אֲשֶׁר־
תְּבָרֵךְ תְּלִיחָתָה
רָאוּנָה, וְאָתָּה תְּלִיחָתָה
תְּבָרֵךְ תְּלִיחָתָה וְאָתָּה
סְנִיסָתָה גַּעַן, וְעַל־
תְּאַבְּרָהָם אַרְקָנָה תְּבָרֵךְ
גַּעַן אַרְקָנָה תְּבָרֵךְ
גַּעַן. וְעַל־עַמּוֹן אַרְקָנָה
וְעַל־מִצְרָיָם אַרְקָנָה

Et creauit Deus Hominem in imagine sua, in imagine Dei creauit eum: masculum & feminam creauit eos.

Et benedixit illis Deus, dixitque ad eos Deus: Fructificate, & multiplicamini, et implete Terram & subicite eam: et dominamini in pisces Maris, & in uolucrē Cœli & in omne animal quod repat super Terrā.

Et dixit Deus, ecce dedi uobis omnem

censem, faculam, lampades, & lichni pensiles in ornatissima illa domo.

Solus sol per se est lucidum corpus, cetera astra sunt opaca, ira radiantur à sole, resplēdescunt, & distinguunt suas spheras. Mutant aërem, & humores, suoq; influxu adiuuant uegetantia, inclinant, non necessario impellunt. A Christo uocantur uirtutes cœlorum, Matthæi uigesimo quarto. Ut tertius dies est medicus, & uersatur circa naturas herbarum & arborum. Ita quartus dies

B 3 est

לְבָם אֶת-בָּל--ע
עַשֵּׂב זָרָעْ זָרָעْ
אֲשֶׁר עַל-פְּנֵי כָּל
הָאָרֶץ וְאֶת-בָּל
חָעֵץ אֲשֶׁר-בָּרָ
פְּרִי-עֵץ זָרָעْ זָרָעْ
זָרָעْ לְבָם יְחִירָה
לְאַבְלָחָה:

גַּלְבָּל-חִית
חָאָרֶץ גַּלְבָּל-עֹזָה
הַשְׁמִינִים וְגַלְבָּל ר
רוֹטִישׁ עַל-הָאָרֶץ
אֲשֶׁר-בָּרָ נִטְשׁ ת
חִית אֶת-בָּל--ר
נָס עַשֵּׂב ל
וַיַּרְאָה

ωάντα χόρτομσκό^ε
ριμον σπερόφρομ σπέρ^ε
μα δ ὅτικη πάνω^ε
της γῆς, καὶ πάντα έν-
λορ ὃ ἔχει μέσαν τῷ
καρπῷ σπέρματ^ε
σπορίμονος υμένη εἰσα-
εῖς βρῶσιμον, καὶ πάν-
τα τοῖς θηρίοις τῆς
γῆς, καὶ πάντα τοῖς
ωτερινοῖς τοῦ οὐρα-
νοῦ. καὶ πάντα τοῖς
πάντα ερπούσας απ-
τῆς γῆς ὃ ἔχει μέσαν
τῷ καρπῷ γάντι καὶ
ωάντα χόρτομ χλω-
ρὸν εἰς βρῶσιμον, καὶ
εγένετο πάντας. Καὶ

אַבְלָחָה גַּיהִירָה:

omnem herbam
seminantem se-
men, quæ est su-
per faciem uni-
uersæ Terræ. Et
omnem arborem
in qua est fructus
arboris, & quæ se-
men seminet, ut
sint uobis in es-
cam. Et omni
bestiæ Terræ, &
uniuerso uolucri
Coeli, atque om-
ni reptili super
Terrâ in quo est
anima uiuens (de-
di)uniuersum ui-
torem herbæ in
cibum, & factum
est ita. Et uidit

De

est astronomicus decla-
rat cœlorū, astrorumq;
naturas, motus, & effe-
ctus. Natura est sim-
ilarum specierū per
herbū Dei in uita essen-
tia, & agendi potentia
ad certum aliquem fi-
nem. Dominus agit
per secundas causas qua-
si per ordinata media,
aliquando agit absolu-
te præter secundas cau-
sas, idq; tunc dicitur mi-
raculum. In hac uita
uidemus Deum in crea-
turis quasi in speculo.
In uita futura autem ui-
debimus & cognosce-
mus Deum ipsum, et in
ipso omnes creature

B 4 pers

אלֹהִים אַתָּה
 אֲשֶׁר עֲשָׂרָה ר'
 וְהַנֶּחֶת-טוֹב מֵאָז
 וַיְהִי-עָרֵב וַיְהִי
 בְּקֶרֶת יוֹם א'
 חֲשֵׁשִׁי:

מֵהוּ שְׁבָדֵס תְּאַמְּנָתְךָ
 שְׁסָעֵגְתָּוְתְּךָ, וְעַלְמָנוּ
 כָּלְלָא לִיאָפָע, כְּלִיְעָנָה
 שְׁסָעֵגְתָּוְתְּךָ, כְּלִיְעָנָה
 שְׁקָוָתְהָמְרוֹתְךָ.

Deus, omne qd
fecerat, & ecce er-
rat ualde bonum.
Et facta est uespe-
ra, fuitque mane,
Dies Sextus.

perfectissime. Astra
sunt corpora simplicia
lcuissima, & incorru-
ptibilia preter essenti-
am & compositionem
elementorum, quamuis
secundum suam poten-
tiam habent aliquam cognationem cum elemen-
tis, non tamen secundum essentiam.

Vt dies ante solem, ita vegetantia ante castra
creata sunt. Et ut sol illustrat diem, ita castra ad-
iuuant vegetantia.

Astra tantum habent uerbū creationis, nō be-
nedictionis, ideoq; non generantur neq; multipli-
cantur, sed sunt bonae creature Dei ad suum finē
facta. Quicquid supra elementis est non genera-
tur. Quicquid sub elementis est generatur, fructi-
ficat, & multiplicatur ex elementis. Elementa
igitur sunt generationis, & corruptionis cause.
Astra aut adiuuat elementa. Temperatura clemen-
torum efficit generationem, sanitatem, & uitam.
Distemperamentum elementorum efficit cor-

B S ruptio

ruptionem, morbos, & mortem.

Mirabilis uerbi Dei uis est quod species non
cōfunduntur generatione, sed quælibet species suam
speciem procreat ex suo semine. Et quod tota
natura speciei transit in suum semen. Monstrum
sit ex confusis diuersis speciebus et seminibus, ad
ex mutilato semine, aut ex certo consilio Dei.

Post uerbum creationis sequitur uerbum benedictionis, seu procreationis, & apparet creatus fuisse integræ magnitudinis, priusquam Deus pronuntiavit uerbum benedictionis, & secundum illud omnes masculos coësse cum suis foemelis in sua specie. Docet pudicitiam in adolescencia, & coniugium in iuuentute. Pisces & aves
habent tandem materiam aquæ, sed diuersam fatam & uitæ genus. Diligenter obscura mirabile & uarium opificium Dei in singulis pescum & avium speciebus, ut glorifices Deum. Dixit Moses discernit dies dierumque operas. Dic
cretie sunt animalium terrestrium species, ut in
mentum, bestia, & reptile. Iumentum est ani
mal placidum herbis uescens. Bestia est anima
feros.

ferox ex rapina & carnibus uictitans. Reptile est quicquid non est ex predictis, & serpit humi. Atq; hic aperi oculos ut conspicias & glorifices mirabile opus Dei in terrestribus animantibus. Impius ad hæc plane coecus & mutus est.

Omnis creatura Dei bona est positive & originaliter, si qua autem iam mala est, id fit relatione nostræ ignorantie & abusus in poenam peccati nostri. Hic iterum ponitur trinæ unitatis in Deitate significatio, ubi dicit: Faciamus, & postea inquit: Creavit Deus. Indicatq; singulari consilio Dei creatum esse hominem, quod debet nostram erga Deum fidutiam confirmare.

Homo est ultima & præstantissima creatura Dei, facta ad imaginem Dei, ut sit omnibus creaturis quasi uisibilis & corporeus Deus. Tanta est hominis nobilitas originalis. Ut autem cum reverentia & uenia dicam de re ardua & plane incognita. Imago Dei est ipse spiritus Dei in homine conspicuus, & operosus, cum omnibus suis donis, in integra bonitate, sapientia, & libertate coniuncta cum immortalitate & diuina Maiestate domini

dominandi in omnes creaturas, cum omnibus suis
absolutis, integris & originalibus proprietatis
bus & partibus, animæ et corporis, tam pulchra
integra, & exornata, quam Deus ipse, si esset
incorporatus sibi indueret, quod in Christo Deo
& domino nostro effectum credimus, qui est imago
Dei inuisibilis, Collos. 1. in quo habitat plenar
tudo diuinitatis corporaliter, quem qui uidet, De
um uidet, Ioannis decimoquarto. Eaq; imago in
homine quamvis perfecta, mutabilis tamen fuit,
nam quod differt imago à suo archetypo, id dif
fert imago Dei in homine & ipse homo à Deo.
Ea namq; imago est per peccatum conspurcata,
perdita, & mutata in imaginem satanæ, restituta
autem per Christum, sed ex parte, in hac vita &
corpo peccati, integre tandem restituenda in
vita futura. Obscuræ relucet in Ecclesia, in pio
magistratu, & bono patrefamilias. Quam uelim
memineris ô homo tuæ reparatæ originis.

Primum dicit in singulari, faciamus hominem,
mox addit uerbum plurale, dominantur, & in
dicat totum genus humanum ab uno homine pri
mitiv

mitus esse propagandum.

Dominium hominis certis finibus circumscriptum est in terestribus creaturis. Herbae & arborum fructus sunt cibus, unde vita sustentatur, & corpus alitur, ex uirtute uerbi Dei, quod in omnino cibo singulariter obseruandum, credendum, & cum gratiarum actione sumendum est.

Vita est corporis & animae coniuncta & communis actio. Apparet omnes herbas & arbores ab origine suisse fructiferas, quas maxima ex parte propter maledictionem hominis uidemus fas eas esse steriles.

Certum est bonam partem angelorum lapsam esse, quando autem incertum est. Quod si ad uerbum Dei de faciendo homine, ex ambitione, superbia, inuidia & odio lapsi sunt. Ita his sex diebus omnia opera Dei bona absoluta sunt. Si quae iam sunt mala, post ex maledicta terra in-

poenam peccati hominis

sacta sunt.

CAPIT

רִבְלָה ב'

פְּשָׁטוֹת יְהָאֵץ
וּבְלַעֲבָדָם;
וַיָּבֹל אֱלֹהִים ב'
בַּיּוֹם הַשְׁבִּיעִי ט
מְלָאכָתוֹ אֲשֶׁר ע
עָשָׂה וַיָּשֶׁבֶת ב'
בַּיּוֹם הַשְׁבִּיעִי
מִפְּלָמְלָאכָתוֹ
אֲשֶׁר עָשָׂה;
וַיָּבֹרֶךְ אֱלֹהִים
אֶת-יוֹם הַשְׁבִּיעִי
וַיִּקְדְּשׁ אֶת־כֵּי
בָּר שֶׁבֶת מִפְּלָ-
מְלָאכָתוֹ אֲשֶׁר-

כֵּן אֱלֹהִים לְעֹשֹׂה:

Κεφάλαιον Β'
Kαὶ σωετελ
μησαρ ὁ οὐ
εανός τὸ γῆν τὸ πᾶν
ὁ κόσμος αὐτῷ. Καὶ
σωετελεσερ ὁ θεός
ἐκ τῷ ἀμέρα. τῷ ἔκτῳ
τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐπέπλω
ντε. καὶ κατέπλω
τῷ ἀμέρᾳ τῷ ἑβδό^μ
μη, ἀπό πάντων τῷ
ἔργῳ αὐτοῦ ἐπέπλω
ντε. Ηγένετο λόγον
ὅτι διὰ τὴν ἀμέραν τῷ
ἑβδόμην καὶ μηδεί
σερ αὐτῷ, στοιχεῖαν
τῷ κατέπλωσερ
αὐτῷ, τῷ μὲν ἔργῳ
αὐτοῦ, τῷ δὲ πρόσωπο
θεού τοιησα.

CAPUT II.

Tperfecti sunt Cœli & terra, & omnis exercitus eorum. Consummauit cœp̄ Deus in die Septimo opus suum quod fecerat: Et quieuit in die Septimo, ab omni opere suo quod fecerat. Et benedixit Deus diei Septimo, & sanctificauit eum, quod in eo genuisset ab omni opere suo, quod creauit Deus ut faceret.

Ista

SEcundum caput duos præcipuos locos habet de sabbato, et de homine, uberiorisq; reperit locū de hominis creatione, eiusq; proprietibus, de Paradiſo, Ecclesia, Politia & Oeconomia. Exercitus cœli & terræ, est metaphorica comprehensio omnium creaturearum in cœlo & in terra, in sua statione et officio. Septimus dies sabbati Domini est, id est reges, et cessation ab omni opere creationis, in quo iam læto animo contéplatur bonas suas creatureas, quas iā pote-

rō in

אלה הוצאה
 תשפויים ותארץ
 בהבראים ביום
 עשות יהוית א
 אליהם ארץ י
 וشمיטים:
 וכל שיח
 השנאה טרם י
 יהיה הארץ וכל
 עשב השראה ט
 טרם יצמיה ב
 ביר לאי המיטיר
 רחבה אליהם ע
 כל הארץ ואנם אין לעבר ארץ
 נכמתה) ראר ישלה מז-ארץ

αντεις η βιβλοθη γ
 νεστεως ουρανου μη
 γης υπεγενετο μη
 μερανη ποιησενεινει
 Θεος τομ ουρ
 νομ ακτην την γην. και
 απ αλωρομ αγρω
 προ του ανανεωτελο
 ανταντην γης. και πα
 τα αρχοντα μεγατη
 την γην ελασσον. ου
 ερχεται ο θεος αντη
 γην. και ανθρωπο
 οι την γην ελασσο
 την. παντα δε αν
 βανει την γην

Istæ sunt generationes Cœlorū & Terræ cū creaturæ: in die cum faceret Dominus Deus Terram, & Cœlos. Et omne uirgultum Agri, antequam esset in Terra, & omnem herbam Agri, antequam germinaret, quia nondum pluere fecerat Dominus Deus super Terram, & homo nondum (erat) ad colendum Terram.

Et uapor ascen-debat e Terra,

&

rō in sua natura, opere & officio conseruat & prouehit. ipseq; dies est segregatus & sanctissimus Domino, ut in occassemus à nostris opibus pphanis, uacemus que diuinis, contemplemur & meditemur opera Dei, prædicemus et audiamus uerbū Dei adoremus, laudemus, sacrificemus, inuocemus, et gratias agamus Domino, atque medite mur post huius uite operas æternā requiem secuturā esse apud deū in futura uita. Breuiter repetit, & pstringit su pius caput de creatione, ut sic ueniat ad uberiorē descrip. hominis.

C. Causa

רִיחַשְׁקָה אֶהָ-בֵל
 פִנְיִ חָרְמָה:
 רִיבִצְרִ יְחֻנָת
 אַלְתִּים אַתְתָה
 הָאָרֶם שָׁפֵר מְ
 בָּנוֹ חָרְמָה רִ
 נִיפְתָּח בָּאֲפִירְ נִשְׁ
 גְשָׁמָה פִיְם וּ
 וְיהִי הָאָרֶם לְ
 לְגַפְשָׁ חִיה:
 רִיטָעָ יְחֻנָת
 אַלְתִּים גָּזְבָע
 בְּעַזְוּ מְקָרָם וּ
 נִשְׁסָם שָׁס אֶת הָ
 גְזַפְתָה יְחֻנָת
 עַלְמָם אֲשֶר יִצְרָא:

καὶ ἐπότειλε τὰς
 προσωπικά τῆς γυναικός
 καὶ ἐπλασαμένη οὐδείς
 ἔχει οὐθέως αὐτήν,
 λαβὼν δὲ τὴν γυναῖκα
 καὶ ἐνεφύσησεν
 ἀπρόσωπον αὐτήν
 τὸντο γάνδις, καὶ εἴη
 νεανίσκον οὐθέως
 ψυχὴν. Γάστραν καὶ
 ἐφύγευσεν οὐδείς τὴν
 γάστραν αὐτοῦ ἔχει,
 κατὰ στοματαλάς. Καὶ
 οὐδεποτὲ εἰδεῖς οὐθέως
 τοις οὐδὲν εἴσελαστ.
 καὶ εἰδενέται λαμψάνει

& irrigabat universam superficiem terræ. Et formauit Dominus Deus hominem, puluerem de Terra, & inspirauit in nares eius spiraculum uitæ: & factus est homo in animam uiuenrem.

Et plantauerat Dominus Deus hortum in Eden ab oriente: & posuit illuc hominem quem formauerat. Et germinare fecerat Dominus Deus

Causa semper præcedit effectum, ergo Deus fuit ante omnes creaturas. Posita causa incerta actione sequitur certus effectus. Deus semper agit, nunquam est oculos, attamen mundum non fecit ab æterno sed certo tempore. Quid ante conditum mundum fecerit, non reuelavit, nec esse nunc scire necesse, reuelabitur in vita futura.

Præmieræ creaturæ seu species, præter medias causas ex solo uerbo creatæ sunt. Quæ porro procreantur, ex medijs causis nascuntur. Calor & humiditas cum ad terram accedunt, efficiunt

אלְהִים מָנוֹרָה
 חַאֲרֵמָה בֶּלְעָזָר
 נְחַמֵּד לְפָנֵרָאָתָר
 רְטוֹבָלְפָנֵאָבָלָר
 רְעֵז תְּפִירִים בְּ
 בְּהַרְגָּהָגָן וְעֵזָר
 הַבְּעָתָטָבָר וְרָעָזָר
 ; וְנָהָר יְצָאָתָר
 מְעָזָן לְפִשְׁׂוֹתָתָר
 אַתְּ-הַגָּגָר וְמִשְׁמָרָתָר
 יְפָרָר וְתִינָּרָתָר
 לְאַרְבָּעָה-רָאָשִׁים
 ; שְׁם תְּאָסָרָתָר
 פִּישָׁוֹן חַיָּתָתָר
 חַסְכָּבָתָר אַתָּה בֶּלְאָתָר
 אַלְזָתָר תְּפִרְיָלָה אַשְׁר-שְׁם תְּגַנְּבָתָר:

θεός εἴτε ἐκ τῆς γῆς
 πάντα μέλλομεν ἀργαίοι
 εἰς ὄρασιν αὐτῶν καλούμενοι
 εἰς θρῶσιν. Καὶ τὸ γένος
 λομένων οὐκέτι μηδεποτε
 σωτήρας αποστέλλεται
 καὶ τὸ μέλλον τοῦτο
 μένας γνωστέμενοι καλούμενοι
 πονηρούν. ποτε
 μός μὲν ἐκπορεύεται
 εἰς ἑδεῖ μαστίχηρτον
 παραστατικόν. ἀκεφαλή
 ἀφορίζεται εἰς τὸν
 σαραστράρχας. σύνομος
 τούτοις, φισώμ. οὐ
 τοῦτο κυκλῶμα πάντα
 σαρκάρημα γῆρας τούτο
 ἐκεῖ οὐκέτι τὸ χρόνον
 σύνομον τὸν οὐρανούν

us ex Terra omnem arborem delectabilem visu, et suauem ad uescendum; & arborem Vitæ in medio Horti, & arborem Scientiarum boni & mali. Et fluuius egrediebatur de Edem ad irrigandum Hortum, & inde diuidebatur, & erat in quatuor capita.

Nomen unius Pison, ipse est qui circuit omnem terram Hauila ubi est Aurum.

Et

ciunt generationē, terra dat corpus recepto semini, calor & humiditas, dant vegetatiā. Calidum & humidum est media causa generationis. Calidū & siccum, frigidum & humidum: siccum et frigidum sunt causae corruptiōis. ideo astra quae generationis causas mouent dicuntur bona, cetera mala, sed impprie. Vapor est ex halatus humor virtute astrorum, cœclus in aërem nubes facit, cuius frigore concretus, fit pluia, decidit, & irrigat terrā, tempore hinc mis prædominante frigore fit nix & grando.

C 3 Prae-

וְזַחַב חָרֶץ
 הַתּוֹרָא טָרֵב ש
 שֵׁם חֲבִרְלָה רָא
 וְאַבְנֵן הַשְׁתָּמָם:
 רִשְׁסָת
 תְּפִתְחָר הַשְׁגִּי אֵי
 גִּיחִין תְּרִיצָה ת
 חַסְטוּבָב אֶת פָּלָי
 אַרְצָה בְּרִישָׁו:
 רִשְׁסָת תְּבִחר
 מַשְׁלִיחָיו חַקְלָל
 הַרְיָת חַלְגָּב ס
 סְרִמָּת אַשְׁוֵיד ר
 וְהַבְּחָר בְּרִקְיָעִי
 הַגִּיא בְּרִתָּה:
 וְיִשְׁעָמֵד יְהִינָּה
 לִקְיָם אֶת-הַעֲצָם בְּנִזְחָתָה בְּגַן עַזְזָן

χρυσίομ τῆς γῆς
 οὐκέπαλόμ. καὶ
 ἐψόαινθροαν καὶ
 θεόντερον.
 Καὶ σύνομικ τοῦ
 ταμεῖαν μάντερο
 γεώμ. οὐτός οὐκ
 κλῶμ πάσαμαν τὸν γάγ
 αιθιοπίας. καὶ οὐκ
 ταμούστρον, τ
 γρις. οὐτός οὐρο
 φωμέλη κατέπον
 τακτοσυρίωμ. οὐδὲ
 ταμούσ ο τέταρτον
 εὐφράτης. καὶ οὐλα
 λύριος ο θεός τούτ
 θρωταρ οὐκ εὐσλή
 σε, καὶ οὐθεωκατέλευθ
 τούτην ταρασσείσθαι

Et aurum Terræ
illius est optimū
Ibi est Bedellum,
& lapis Onychi-
nus. Nomen,
fluuij secundi Gi-
hon: ipse est qui
circuit totam ter-
ram Aethiopix.
Nomen fluuij ter-
tiij Hidekel, hic
uadit ad orienta-
lem plagam As-
syriæ. Fluuius
quartus est ipse
Phrath.

Tulit ergo Do-
minus Deus ip-
sum hominem,
& posuit eum in
Hortum Eden,
ut

Præterea secundica-
pitis uerius p̄ præteri-
tum plusq̄ perfectū red-
denda sunt, quia repeti-
tur præterita història
creationis ante sabbat-
um **¶** utrumq; signi-
ficiat faciem **¶** nasum,
LXX. πρόσωπον uer-
tūt. Flatus per nares est
signum uitæ, non ipsa
anima, sed corporis **¶**
animæ communis actio.

Materia hominis ad-
monet nos humilitatis
¶ modestie, detesta-
tur superbiam, ut inquit
ille: Quid superbis ter-
ra et cinis **¶** **¶**
τα πέτραις **¶** hortum
significat, sed mallem
paradisi uocabulū recte

וְלֹעֲבָרֶת
 וַיַּשְׁמַנְחָה:
 רִיצָר וַיַּרְא
 אֱלֹהִים עַל־תֵּת
 הַאֲרוֹס לְאָמֵר מֵ
 מִפְלֵל עַז־חַגָּן אַ
 אָבָל תָּאָכֵל:
 גַּמְיעַץ חַרְשָׁת
 טֻוב וְרֵעַ לְאַת
 תָּאָכֵל מִמְנֵי בַּי
 פִּיוֹת אָכְלָב מִ
 מִפְנֵה מִזְתָּה תִּ
 פְּמִתָּה:
 רַיְאָמֵד יְהִתָּה
 אַלְחִים לְאַת־טֻוב חַיּוֹת הַאֲרוֹס לְ
 כָּבוֹד אָעֲשָׂה לוֹ שׂוֹר בְּנָגָדָה:

כ

ut coleret & cu-
stodiret ipsum.
Et præcepit Do-
minus Deus ipsi
Adam dicens: ex
omni arbore hor-
ti comedens co-
mede. Dearbo-
re uero scientiæ
boni & mali ne-
quaquam come-
des ex ea, quia in
quacunq; die co-
mederis tu ex ea,
morte morieris.

Et dixit Domi-
nus Deus non est
bonum ut sit A-
dam solus suus, fa-
ciam ei adiutori-
um quod sit co-
r am eo.

neri, ad differentiā alie-
orum hortorum. Plane
tauerat nempe tertio
die in ipsa creatiōe her-
barum & arborum, es-
sq; elegantissimo or-
dine collocauerat. Ab
orientे, aut uersus ori-
entem. Etiam hinc ap-
paret omnes arbores
ab origine fuisse fructi-
feras, quarum maxima
pars post maledicīo-
nem terrae facta est ste-
rilis. Arbor uite ca-
rat medicinalis, radica-
le humidū conseruauit,
uires corporis refecit,
perpetuam iuuentutem
& sanitatē custodivit,
à morbis & corruptiō-
ne corpus prohibuit.

Et

C 5 Tota

וַיֵּצֶר יְהוָה
אֱלֹהִים מִזְבֵּחַ
מְגֻרְבָּה בְּלִחִית
הַשְׂרָה רִאַת בְּלִ
עֲרָת הַשְׁמִינִים וּ
וַיָּבֹא אֶל הַעֲרָם
לְרָאוֹת מִתְהִישָׁ
יַקְנָא־לָרְוִי כָּל אֲ
שֶׁר יַקְנָא־לָרְ
הַעֲרָם נְפֵשׁ חַיָּה
הַיָּא שָׁמֹן:

נִקְנָא הַעֲרָם
שְׁמוֹת לְבָלִיחָ
חַבְהַמְּתָה יַלְעָזָת
הַשְׁמִינִים וְלִמְלָתָ
פִּתָּה הַשְׁבָּרָח וְלָ

אַלְעָם לְאַמְצָא שָׁר בְּנָגְרָיו:

καὶ ἐπλασεμένος
ἔτι ἔκτης γένες, πάντα^ο
τα τὰ θηρία τὸ μέγε^ο
καὶ πάντα τὰ πάντα^ο
τὰ τοῦ σύρρανου,^ο
πάγαγε αὐτὰ τῷ μέγε^ο
τὸ αἰδίῳ μετατίθει^ο
λεσθαιάντα.^ο καὶ πάντα^ο
οἱ εἰδώλεις μετατίθε^ο
μετατίθεινται τὸν πόλε^ο
πάντα πάντα πάντα^ο
κτήνεσι, καὶ πάντα^ο
οἱ πατέρες τοῦ πολέμου
ρανοῦ, καὶ πάντα πάτερα^ο
θηρίων τὸ μέγενον,^ο
μέτατοι, συχετέρων
κοκκίνων πάντα πάντα^ο

Et formauerat Dominus Deus ex Terra omne animal Agri, & omne uolatile Cœli, & adduxit ad Hominem, ut uideret quomodo uocaret illud. Quodcumque enim appellaret ille homo, anima uiuentem, ipsum est nomen eius. Et appellauit Adam nomina omni Animanti, & uolucri Cœli, omnibus bestiæ Agri: Ade uero non inuenit adiutorium coram eo.

Et

Tota medicina nūc nō æquat unum pomū ex arbore uitæ. Arbor scientiæ erat sacramentalis, theologica, et contemplativa, ad cuius spectum recordaretur Dei creatoris domini, et archetypi sui, quem ita cognitum perpetuo coleret. He duæ arbores ex rerū natura exciderunt. Paradisi situs erat certus locus in terra, versus orientem nomine proprio dictus Eden, omnigena herbarum, arborum, animalium, & uolucrum genere decoratus, qui post eiectum suum cultorē Adā, paulatim deformatus,

falso

רִיבֶּל וְחַנְתָּה
 אֱלֹהִים תְּרוּמָה
 עַל-תָּאָמֵן וְיִ
 וִישְׁנוּ נִיקָח אַחֲת
 מִצְלָעָתוּ וַיְסַגֵּר
 בָּשָׂר פְּחַדְנָה:
 נִיבָּנוּ וְרַחֲנָת
 אֱלֹהִים אֶרְזָה
 חַצְלָע אַשְׁר-לְ
 לְקָתָה מִזְ-תָּאָמֵן
 לְאַשְׁתָּה וַיְבָאֵה אָ
 אֶל-תָּאָמֵן:
 וַיֹּאמֶר תָּאָמֵן
 זָהָר הַפְּעָם עַ
 עַצְם מִצְצָמִי רַ
 יְבָשָׂר מִבְּ
 מִבְשָׂרִי לְזָהָר
 עַרְאָא אַשְׁתָּה בַּיּוֹם אִישׁ לְקַבְּחָה-זָהָתָה:

καὶ ἐπέβαλεν σύριον
 ὅπερας ἔκτασεν αὐτὸν
 ἀπλάμ. καὶ πάντωσιν
 οὐδὲ ἐλαττεῖ μίαρην
 πλευρῶν ἀσυνά, καὶ
 ἀνεπλήρωσεν σάρκα
 αὐτὸν ἀστήν, καὶ φέρει
 μόμαστεν σύριον τῷ
 πλευρᾶν ἡμέρας εἰς γο
 ναῖκα. Εἴ δὲ γάγει με
 τὴν πλευρὰν τοῦ πλάκα
 οὐδὲ επεμβάλλει. τό
 τοιηρούσαιρει τῷ πλάκα
 τελειώμενον καὶ σάρξει
 τῆς σαρκὸς μεν αὐ
 τῇ κλινθίσεται γυναι
 θτε εἰκόναν μετρόσαν
 ἐλλίφθη ἐνεκεφαλάντη

Et fecit illabi Do-
minus Deus so-
porem in Adam,
& obdormiuit:
tulitque unam ex
costis illius, &
clausit locum car-
ne. Et ædificauit
Dominus Deus
Costam quā sum-
pferat ex Adam
in mulierem: &
adduxit eam ad
Adam.

Dixitque A-
dā, hoc semel est
os ex ossibus me-
is, & caro de car-
ne mea: hæc uo-
cabitur Virago,
quia de uiro sum-
pta est ipsa.

Pro

tandem per diluvium
penitus subuersus &
extinctus est. Et pro-
cul dubio ante diluvium
erat longe alia, & me-
lior facies terræ quam
nunc est. Mare medi-
terraneū, ægeum, euxi-
num, hircanum, baltic-
um, &c. Item sinum
arabicum, persicum &
gangeticū arbitror ha-
bitabilem terram suisse
se, terramque Iudeam
quasi in medio sitam, et
quaæ circumiacet regio-
nes, Paradisum suisse,
fluminaq; paradisi per
diluvium esse disturbatae.
Comuniter accipiunt Fi-
son p Gage. Gibō p Ni-
lo, Hadekel p Tigride
Phratib

עַל־בֶּן־יְשׁוּב־
 אִישׁ אֶת־אָבִיו וּ
 וְאֵת אֶ-מִזְוֹנֶבֶס
 בְּאַשְׁר֙ רְתִיבָה לְ
 לְכָשָׂר אָחָר֙
 וְיַהֲיוּ שְׁנִיכְחָם
 יְוִימִים פָּנָם וְאַשְׁתָּוּ וְלָאָהָר

καταλείψει αὐτόν
 ποτέ μη σατέρα
 καὶ οὐ τὸν μητέρα
 καὶ προσκολλήθω
 τας τὴν γύναικί αὐ
 τοῦ, καὶ ἔστονται
 δύο οὐδεποκαμία
 καπέσσω :

Propterea relin-
quet homo patrē
suum & matrem
suā: & adhærebit
uxori suæ, erūcēb
una caro. Fue-
runt̄c̄ ambo illi
nudi ipse Adam
& uxor eius: &
nō erubescēbat.
adhuc præcipua officia magistratus in sua ditio-
ne. sed longe alia sufficit cultura paradi-
si, quam est cultura agri seu ter-
ræ, nam hæc est coacta,
illa suiffet ul-
tronea.

Phraib pro Euphrate,
Adam constituitur lia-
ber dominus paradisi,
et est prima in aucto-
ratio magistratus nam
Paradisus continebat
omnes creature terre
stres. Duoq; præscribā-
tur officia, cultura, &
custodia. Eadem sunt
magistratus in sua ditio-
ne. sed longe alia sufficit cultura paradi-
si, quam est cultura agri seu ter-
ræ, nam hæc est coacta,
illa suiffet ul-
tronea.

E C C L E S I A.

Prima & unica lex de uero cultu Dei prescribitur, que continet totam religionem originalem, & est Ecclesiae seminarium. Geminatio uocabulorum apud Hebreos semper significat emphasm & excellentiam sue significationis ut comedens comedere, id est, liberrime comedere. Ita morte morieris, aut moriens morieris, habet uerissime & semper seu aeternum morientur morte corporis & animae.

Item benedicns benedicam, id est, largissime benedicam. Adam habuit bonum creationis, sed nondum habuit bonum generationis, ideoque premittitur paracclue ad creationem Hevae. Quodlibet legas licet, Adam aut homo, malim tamen legat Adam quasi nomen proprium primi hominis, obstante Hebrei qui aiunt τον, non preponit in minibus proprijs, quod hic Adamo creberrim preponitur, quasi presigni & originali homini. Singulariter tamen obseruabis literam emphasm τον, in fratre dictionis in Hebreæ lectione, per omnia non potest Latina lectione reddi.

POL.

POLITIA.

Adæ sistuntur à Domino omnia animalia ad dditionē quasi Domino, ipse imponit eis nomina ut Dominus, ipsaq; uicissim recipiunt imperium & obedientiam. Ita omnis potestas à Deo est, omnisiq; anima potestatibus subdita sit, Rom. 13. Ille fit originale & spontaneum dominium, nunc est iniurium et coactum ad penam peccati nostri. Duo appropiantur Adæ ante creatā Hcūam, eaq; adhuc sunt propria uirorū, uidelicet Lex & Dominionum, hoc est, doctrina religionis & magistratus. Uxor autē est adiutorium generationis, educationis & totius Oeconomiae, secundum uirum quoque est Domina & doctrix domestica. Mu-
lier est ultima creatura Dei, creata sexto die sub-
hesperam dormiente uiro, nō à capite, nec à pede-
bus sed ex uiri latere costa sumpta, quod si-
gnat nobilitatem & officium
fœminei sexus.

D O E C O

OECONOMIA

Matrimonium est ordinatio diuina in P^{ad}
radiso tempore gratiae constituta, de uiri & mu-
lieris libero & honesto in Domino consensu,
concubitu, & domestica cohabitatione, legitimis
copulatione per uerbum Dei confirmatum, ad so-
bolis procreationem indissoluble in hac uita n^{on}
intercedat adulterium, & si qui sunt alij certi ci-
sus. His accedit quoque utrorumque parentum
consensus. Nuditas erat certum signum inno-
centiae. Pudor & uerecundia est certum si-
gnum perditae innocentie. Ita religio, Magis-
tratus, & Matrimonium, hoc est, Ecclesia, Poli-
tia, & Oeconomia sunt tres ordinationes Dei
constitutae à principio mundi in Paradi-
so. Atque in his consistit regnum
Dei originale, & ex-
ternum.

In sequenti

I N G E N E S.

51

In sequenti capite describetur regnum Christi
& diaboli, hoc est, regnum cælorum
Regnum mundi & ex-
ternum.

F I N I S S E C V N
di Capitis.

D 2 CAPVT

רְחַבָּהֶת

תֵּיחַ עֲרוֹם מִלְּ
חַבְתַּחַשְׁתָּה אֲשֶׁר
עַשְׂתָּה יְהוָה
אֱלֹהִים נִיאָמָר
אֶל־הָאֲשָׁה אֶת
כַּי־אָמָר אֱלֹהִים
לֹא תִּאֲבִלְתָּ מִנְּ

עַזְּ פָגָן:

וְנִיאָמָר
הָאֲשָׁה אֶל־הָ
הַבְּנָשָׁה מִפְרִי עַזְּ
—פָגָן נִאֲבֵל;
וּמִפְרִי חַעַז
אֲשֶׁר בְּתוּגַתְּ פָגָן

κεφάλαιον. γ.
K Αὶ πόση σι-
τεῖασθαι καὶ οὐκέτι
αὐχῶν οὐδὲ οὐκέτι
οὐδὲ οὐφίτην φρον-
μώτας τούτων τούτων
θηρίων τούτων αὐτὸν γάρ
οὐ μόνον επέκεινον
θεός. καὶ επεκρόσι
τὴ γυναικί. τότε μόνον
περί οὐθεός σὺ μή τοι
εὔχεται πόσα ταῦτα
λουκῆν παραστάνειν
αὖτε εἰπειν τούτην
ωό καρπούς τούτου
λουκῆν παραστάνειν
φαγούμεθα. ἀπόδε
κοῦ καρπούς καὶ εύπλο
ος τούτου ἐμ μέσω πο
παραστάνειν

C A P V T I I I .

Ser-
pē-
ue-
ro
fuit
callidior om̄i be-
stia Agri, quā fe-
cit Dominus De-
us : Et dixit ad
Mulierem, scili-
cet, dixit Deus,
ne comederitis
ex om̄i ligno Pa-
radisi : Et dixit
Mulier ad Serpē-
tem: de fructu ar-
borū Paradisi co-
medimus. De fru-
ctu uero arboris
quæ est in medio
Paradisi, dixit do-
minus

TERTIUM cas-
put continet
originem la-
psus seu peccati, quod
est regnum Satanae,
Deinde processum di-
uini iudicij de cogniti-
one, & pœna peccati.
Tertio, promissionem
gratiae, restitutionem
originis, destructiōem
regni Satanae per pro-
missum & benedictum
illud semen, quod est
regnum Christi. Quar-
to eiectionem hominis
ex Paradiso.

Satan lapsus per su-
perbiā, ambitionem.
& contemptum Dei
ex obiecto creati hor-

D 3 minis

אָמַר אֱלֹהִים לֵא
 תְּאַכֵּל הַמֶּמְנֶה ר
 וְלֹא תְגַעֵן בָּרְבָּן
 -חַמְתָּהן:
 וַיֹּאמֶר חֲנַתְשׁ
 אֶל-חַאֲשָׁת לֵא-
 מִוְתָּה חַמְתָּהן:
 בַּי יְוָרֶע אֱלֹהִים
 בַּי בְּיוּרָם אֲכַלְבָם
 מִמְנֶה וְגַמְקַחָּה
 עִזּוּבָס וְהַיִתָּם
 בְּאֱלֹהִים יְרַעֵן ט
 טֻרְבָּן גְּרַעַן:

גְּתַרְעָא חַאֲשָׁת
 בַּי טֻרְבָּן נַעַץ ל
 בְּאָכְלָן גְּבִירָן חַאֲנָה-
 לְעַינִים רְבָּן

οὐθεός, τὸ φάγυτολέ
 αὐτὸν δὲ μῆτρα
 θεάκυτη, ἐναπόπειρ
 φίστη γυναικί. τὸ
 οὐτωβάχον θεαντόλε
 θεοῖς καὶ θεόσσοι
 θεμέρα φάγυτολέ
 αὐτὸν, μάχοις χθοστο
 τὰς υμῶν σὸν οὐφελ
 μοῖς ιοὺς έσεδεώς θε
 γυνώσκουστες κατα
 ιοὺς πονηρούς. ιοὺς
 μερά γυνὴ οὐκαλε
 τὸ ξύλομεις βράσσο
 ιοὺς άρεσού πο
 οὐφελμοῖς ιδεῖν,
 ιοὺς οὐραῖορ δέ τι
 κατανοήσαι.

אָכְלָן גְּבִירָן חַאֲנָה-

minus nequaquam
comederitis ex eo,
neq; contingatis
eam: ne forte mo-
riamini. Et dixit
Serpēs ad Mulie-
rem, nequaquam
morte moriemis-
ni. Sed scit Deus,
quod ipsa die quā
do comederitis
ex ipsa, aperiētur
oculi uestri, & eri-
tis uos sicut Di,/
scientes bonū &
malū. Videntes ita/
que Mulier qd bo-
na esset Arbor ad
uescendum, & ui-
su delectabilis,
desiderabilisque

Ar,

minis, capitali odio ser-
uet ad labefactandum
hominem nobilissimam
creataram, que fut ob-
iectum sui lapsus, capa-
tat occasionem ab in-
terdicta arbore, ut con-
tempto Deo similiter
pereat, nūc consilium
Dei de homine succe-
dat. Ut autem uoca-
liter loquatur cum ho-
mine, personatur sera-
pente calliditate pra-
signi.

Ita duæ substantiæ
sunt in uno subiecto ne-
sciente homine. Acces-
dit primū ad mulierē,
tentat lapsum ab exte-
nuatione, cōtemptu, &

D 4 inuenit

חָזֶה לְהַשְׁבִּיל ר
 וְתַקְהָ מִפְרִירָה ר
 וְתַאֲבֵל וְתַחַן גָּם
 לְאוֹישָׁת עַמּוֹת י
 וְיַאֲכֵל:
 וְתַפְקִיחַת עַנִּינִי
 שְׁנִיתָם נִירְעֵי בִּי
 עִירְבוֹים חָס י
 וְתַפְרִירָה עַלְתָּה ת
 תָּאַנְתָּה וְיַעֲשֵׂה ל
 לְחַס הַגָּרָתָה:
 וְיִשְׁטַעַי אֶת
 סָלֵל יְהוּנָה א
 אֱלֹהִים מִתְהַלֵּג
 לְרוֹת הַיּוֹם וְתַפְפֵא הָאָבָם י

Σλαβεούσα κακή
 πόνου αύχον, ἐφαγε
 καὶ ἔμωκε κού
 ἀνδρέας αὐτης μετ' α
 την. καὶ εὐφαγεούρ. καὶ
 μικνούχθνοαρ ό δρ
 θάλμοις θώ μίν, καὶ
 ἔγνωσαρ στι γυμν
 παρ. καὶ εργατού
 φύλλασσυνέται, καὶ
 ποίησαρ ξαυτοῖς α
 φιλόματα. καὶ ἕπο
 σαρ τῆς φωνῆς μέρ
 ου τοῦθεοῦ περιπλα
 ττατού έν τού παρ
 μείσων τού ελευθέρω
 εκρύβησαρ, ο, τού πα

Arbor ad prū-
dentiam conse-
quendam, tulit er-
go de fructu illi-
us & comedit, de-
ditque etiam ui-
ro suo secum, &
comedit. Et a-
peri sunt oculi
amborum & co-
gnoverunt quod
nudi essent: con-
sueruntque folia
ficus, & fece-
runt sibi cincto-
ria. Et audierunt
uocem Domini
Dei deambulan-
tis in Paradiso ad
aurā diei: abscon-
ditque se Adam,
&

inuersione mādati Dei.
Heu incautior, & ig-
nara de psonato diabo-
lo, intromittit se ad col-
loquium, & inde conci-
pit primum uirus, fals-
um intellectum, exten-
nationem mandat, as-
postasiam & contem-
ptum Dei, accenditur
cupiditate uetiti, tan-
dem acquiescit persua-
sioni, carpit & come-
dit. Similiter Adam
ipse, in quo consumma-
tum est peccatum.

Is est generalis pro-
cessus cuiusvis peccati.
Post perpetratum pec-
catum aperiuntur ocu-
li, sequitur mens sibi

D 5 conscientia

רְאשָׁתָּךְ מִפְנֵי יְהוָה
 יְהוָה אֱלֹהִים כְּבָתָר
 בְּתוֹךְ עַזְּךָ פָּגָן:
 וַיַּקְרָא יְהוָה
 אֱלֹהִים אֱלֹהֶת
 הָאָרֶץ וַיֹּאמֶר לְךָ
 לֹךְ אֵיבָחָה:
 וַיֹּאמֶר אֶתְּךָ
 קָלְבָּךְ שְׁמֻעָתִי כְּבָתָר
 בָּגָן וְאַיְרָא כְּרִי-
 עִירָּם אֲנָפָר וְאַ
 נְאַתְּבָא:

וַיֹּאמֶר מַיִ

הַגִּיר לְבָבֵיכִי שְׁרִ
 עִירָּם אֲתָּחָה חַמְזָן
 לְבָלָקִי אַבְלָן-

μάτια μένενται τόποι
 από την οροσκοπίαν
 εν τούτοις έμενεν
 παραδείσος. Από
 λεσχή θεός την
 ιεραπόλισταν πόλη
 την. Ιεραπόλισταν
 τη φωνής σου ήκουσε
 παραπάντας έντοσόν
 παραδείσος την
 θηριώδη γυμνόν
 έκρυψενην. Ηγένετο
 όπλος θεός. Ηγέ-
 νετούσιον ο θεός
 ηγένετο. Είμαι άπολτός
 λου ού ενετελλόμενος
 τούτου μόνον
 φαγετόν, από την πόλη
 φαγετό. Αφέντε
 ούτε ούτε
 αβλήτο:

& uxoris eius à facie Domini Dei inter arbores Paradisi. Et uocauit Dominus Deus ipsum Adam: & ait illi: Vbi es tu? Qui ait, Vocem tuam audui in Paradyso, & timui, quod nudus sum ego, & abscondi me.

Et illi dixit, quis indicauit tibi quod nudus esses? non né ex arbore ipsa, de qua præcepisti tibi ne comederes, comedisti? Et dixit

Adam

conscia mali perpetrata, & secuturi, item & boni perditi, mox sequitur terror, tremor, & fuga ad latebras, connectioq; perizomatum uolumus occultare, & excusare peccatum.

Oculis autem Domini nihil est tectū. Is quandoquidem iustus est, nullum peccatum relinquit inultum. Atq; hunc iudicij processum seruat. Primum uocat peccantē, querit rem, cognoscit reatum, & inuenit primarium & uoluntarium autorem peccati. Secundum cognitionē pronuntiat iudicium,

D 5 seq

רִיאָמֶר תְּאַבָּם
חָשָׁה אֲשֶׁר נָתָ
נְתָפָה עַמּוֹרִ הָגָ
נְתָנָה לֵי מִזְתָּ
פְּעָז וְאַכְלָן :

רִיאָמֶר יְהוָה
אֱלֹהִים לְאַשְׁתָּ
מוֹת אַתָּה עֲשָׂתָךְ
וַתֹּאמֶר חָשָׁת
חַמְשָׁ שִׁיאָנָן וְ
נְאַכְלָן :

רִיאָמֶר יְהוָה
אֱלֹהִים אֱלֹהִים
הַנְּחַשׁ בַּיְצָרָת
זֹאת אַרְזָר אַפְתָּ
אַכְלָן — חַפְּחַמְתָּה וַיַּמְפַלֵּת
בְּיַד רָאֵת וְעַ

ο ἀσθλὰ μ. ἡ γυνὴ ἦ
μωκας μετ ἐμοῦ,
τὴ μοτ ἐμλακεράπο
ξύλου καὶ ἐφαγορ,
επιτέκ ό θεός τὴ γυν
κί. τί τοτέ πάσιν
καὶ επιτέκ γυναῖ. φί^{τη}
φίς ἀπάτησε με καὶ
ἐφαγορ. Καὶ εἴ
σύριθ ό θεός τοι
φεύγεις επιστήσας
α, ἐπικατάρκτος
ἀπό τάνταρ τη κτι
νῶμ τοπό τάνταρ
τού θηρέων τού το
της γυν. αλλα τοι
θεσσου καὶ τη κοιλι
τορώσα, τού γυναῖ

אַכְלָן — חַפְּחַמְתָּה וַיַּמְפַלֵּת
בְּיַד רָאֵת וְעַ

Adam: Mulier i-
psæ quam dedisti
mihi sociam de-
dit mihi de arbo-
re illa & comedi.

Et dixit Domi-
nus Deus Mulie-
ri: Cur hoc feci-
sti? Et dixit Mu-
lier: Serpens de-
cepit me, & co-
medi. Et dixit
Dominus Deus
ad Serpentem:
Quia fecisti hoc,
maledictus sis tu
præ omni iumento,
& præ omni
bestia Agri: su-
per pectus tuum
gradieris, & pul-
uerem

seu sententiam poena-
rum atque incipit ab is-
pso autore peccati Sata-
na, eum absolute dam-
nat. Cæteri, quia non fu-
erunt uoluntarij, præ-
fracti & primarij trans-
gressores, sed erant
falso persuasi & seduc-
ti à personato spiri-
tu malo, inuenerunt lo-
cum gratiæ apud De-
um eos partim dam-
nat secundum corpus
peccati in hac uita ad
uarias poenas & mor-
tem corporalem. Se-
cundum animam au-
tem promittit salutem
& uitam, post hanc ui-
tam, atque hoc per be-
nedictionem

רַעֲבָר תָּאֵל בֶּל-
יְמִינֵי הַיָּם;
וְאֵיבָה אֲשִׁירָה
בֵּין יְבִין פָּאֵשָׁה
וּבִין נְרֹעֵן יְבִין
זְרוּעָה חֹתֶת יְשָׁאָה
וְשׂוֹפֵר וְאַשׁ וְאַ
וְאַחַת בְּשֻׁופְנֵה עַ
עַסְבָּה;

אֶל-הַאֲשִׁירָה
אָמָר הַרְבָּה אֵלָה
אַרְכָּה עַצְבּוֹנָג
וַיְהִינָּג בְּעֵצֶב חַ
הַלְּזִיר בְּנוֹם יְ
וּתְאַשְׁגָּבָתְךָ —

πάσας τὰς ἡμέρας
ζωῆς σου καὶ εἰδότης
θέσωσαν μέσογα σ
κύριον μέσομν τῆς γ
ναικός, καὶ οὐαὶ μ
σοι τοῦ σπέρματο
σου, καὶ οὐαὶ μέσο
τοῦ σπέρματος τη
τῆς. αὐτὸς σου θη
σελεφαλίη, καὶ
τηρήσεις αὐτού σ
ναρ. καὶ τὴ γυναι
κία. πληθύνων
θυνῶ τὰς λύπας σ
τοὺς τεναγμόμεν
εψ λύπας τελεκτι
να, @ πρὸς τὸν αὐτό^ν
σου πατέρα φρίσου

uerem comedes omnibus diebus uitæ tuæ. Et inimicitias ponam inter te, & inter Mulierem: inter semen tuum & inter semen illius: Ipsum contaret tibi caput, & tu conteres eius calcaneum. Ad Mulierem uero dixit: Valde multiplicabo dolorem tuum, & concepturn tuum, & in dolore paries filios, & ad uirum tuum erit siderium tuum,

&

nedictum illud semen mulieris, Christum hominem, humanitate personatum filium Dei, sine semine uiri, & contagione peccati conceptum & natum uerum Deum & hominem, qui cōtereret caput serpentis, hoc est, diuina sua sapientia uinceret omnē astuciam Satanae, atque sua obedientia, & morte expiaret nostram in obedientiam, & mortem tolleret, ac sic penitus contereret totum caput serpentis cū omni astu, ueneno et tyrannie, restitueretq; sic hominē in suam originem.

Atq;

וְהִיא יַמְשִׁל בָּגָד
 ; וְלֹא נִסְתַּבֵּר אָמֹר
 בַּי שְׁמִיעָת לְקָדֶשׁ
 לְסָרֵל אֲשֶׁר וְתַ
 רְחַאֲבֵל מִן הַעַזְבָּן
 אֲשֶׁר צִוְּתָךְ לְ
 לְאַמְرָה לֹא תַּאֲבֵל
 מִפְנֵן אַרְגָּנָה תְּ
 חַאֲבֵתָה בְּעַבְיִירָן
 בְּעַצְבּוֹן תַּאֲבֵלָתָה
 בְּלִי־יְמִי תִּיוֹן
 וְסֹרֶץ וּבְרַכָּר
 חַצְטִים לְדָן רָא
 וְאַבְלָם אַחֲרָע
 עִשְׂבָּב הַשְּׁרָה:
 בְּעָרֵךְ אַפִּינְתַּאֲבֵל לְחַדְעָה

οὐκαντός σου μηδεπέτελος δέ απλά περιττούσαστο φωνής της γυναικός σου οὐκέφαγες πατερόντας επειδή μηδεποτέ των μηδεποτέ φαγεῖσθαι επικαταπέτελος οὐκέφαγος σου. ἐρλύσσει φαγεῖσθαι την πατέρα της οὐκέρας της ζευγός σου. οκάνθιτας οὐκέφαλος φαγεῖσθαι τὸν χίρρον τουτογένους, εἰ μηδέποτε τους αρροστώσου φαγεῖσθαι τὸν αὔτορον

& ipse domina
bitur tui. Ad
Adam uero dix-
it: Quia audisti
uocē uxoris tuę,
& comedisti de
Arbore, de qua
præceperam tibi
dicens: Non co-
medes ex ea. Ma-
ledicta sit Terra
propter te. In do-
lore comedes eā
eunctis diebus ui-
tae tuę. Spinam
& tribulum ger-
minabit tibi, &
manducabis her-
bam Agri. In su-
dore uultus tui
vesceris pane, do-
nec

Atq; hoc dū fieret,
ipse serpens uiciſſim
contereret Christo cal-
caneum, infimā sui par-
tē, hoc est, mortalē hu-
manitatē morte corpo-
rali extingueret, quam
utique omnipotēti sua
diuinitate resuscitaret
ad immortalitatem.

Idq; in mystico suo
corpore Ecclesia incia-
peret, ab ipsa promissi-
one, duraretq; usq; ad
finem mundi, realiter
tamē fieret in proprio
Christi corpore, ut sic
perpetuam pugnā ge-
rat in hoc mundo cum
Satanā. Quorum du-
orum regna spiritua-
lia

עַד שׁזְבֵּן אֱלֹהִת
 הָאֲגָרֶבֶת בְּיַמִּים
 מִפְנַח לְכַחְתְּבִי
 --עַפְרָא אַפְתָה וְאַלְ
 --עַפְרָא פְשָׂוֹב :
 רַיְקָרָא תָּאָרֶב
 שֵׁם אֲשֶׁר חָרְתָה
 בֵּין חֹרֶא תְּרִיכָה אֲ
 אַסְטָלְ-חִין
 נִיעַשׂ יְחֻנָּת
 אֱלֹהִים לְאָרֶב
 גַּל אֲשֶׁר פְּהָנִית
 עֹור וְרִילְבָשָׁם :
 אָמָר יְהֹוָה אֱלֹהִים הֵן תָּאָרֶב תְּהִית
 אַפְתָה מִפְנַח לְכַחְתְּבִי

ἐνεστέλλεται στο πόρθρον
 σε τὸν τάπηταν τοῦ οἴκου
 λαζαρίθμοντα γῆραν ποιεῖ
 εἰς γῆραν ἀπελαύσθη
 ἐκάλεσε τὸν αὐτόν τον
 νοταρτὸν γυναικείοντος
 τοῦ ζωὴν, σοὶ μάντεψην
 Τῷρ τοῦ ζωὴν ταρπεῖται
 ποτε κύριος ὁ Θεός τοῦ
 ἀστάματον τὴν γῆν
 καί αὐτὸν, χιτῶνα
 μερματίνους καὶ
 μετεργάτην αὐτούς. Καὶ
 περιέθεσεν. Μάνιον
 μάτημα γένεσον γεμάτην
 τοῦ οἴκου, τούτην γεννήσας
 αφεκαλούμενον τονθόν

nec reuertaris in Terrā, quia ex ea sumpto es: Quia puluis es, & in puluerem reuerteris:

Et uocauit Adā nomē uxoris sue Heua, qd ipsa esset Mater omnis uiuentis. Feuit quoqz Domini nus Deus ipsi Adam & uxori eius tunicas pelli- ceas, & induit eos. Et dixit dominus Deus: Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis, ut sciat bonū & malum.

Et

lia semper sibi sunt ab iuratisime inimicū. Quam primum conciōnem Dei homo audirens, & fide percipiēs, constanti spe expectās plenariam restitutio- nem originis nostræ, in resuscitatione mystici corporis Chisti in die novissimo, saluus tuus est. Eamque fidem certo signo declarat dum uxorem suam nominat Heuam, ab restituata uita.

Deus uicissim suam promissionem, ad eqz fidem certo obsignat Sacramento, dum

E 2 uestes

רְעֵנָה פָּן יִשְׁלַח
 נֶרְדָּן וְלֹצָה גָּס מִ
 מְעֵץ חֲתִיכִים וּ
 רְאַבֵּל בְּתִי לְעָלָם
 ; רְוִישָׁלְחוּחָה
 יְהִיחָה אֱלֹהִים מִ
 מְגַזְּעָרָן לְעַלְמָי
 אָרְצָה חָאָרְבָּה אַ
 אָשָׁר לְקַחַטְמָשָׁם
 ; יְוִגְרַשְׁ אַתְּ
 הָאָרָם יַיְשִׁבְנָה מִ
 מְקָרָם לְגֹזְעָרָן
 אָחָחָרְבִּים וְאָתָ
 לְחַטְ חַרְבָּבָה
 חַמְתָּחַפְכָּרָן לְ
 לְשָׁמָר אָחָתְרָבָה
 עַזְ חֲתִיכִים ;

Εἰ μῆματε τούτην
 πεπάντην χρήσας αὐτόν
 καὶ λάβησθε τούτην
 λουτας ἡ αὕτη καὶ φέ
 γεται τὸν στατικόν
 αἰώνα, καὶ εἴσασθε
 λεράντον τὸν σύντομον
 θεός ἐκ τοῦ παραδί^{τη}
 σου τῆς πρυφῆς εἰς
 ἔβλαστὴν γῆν εἴκοσι
 ἑλήφθη καὶ εἴκοσι βελούδο
 κόρακίλια καὶ καταπλα
 κισερι αὐτῷ μὲν ἀπέντε
 τα ποταμούς παραδίσου
 τῆς πρυφῆς, καὶ εἴκο
 δε τὰ χερουβεῖμα καὶ
 τὴν φλογίνην τὸν ὄντο
 φωίσει φυλάσσει
 τὴν ὁμόνοιαν τοῦ οὐλα
 τῆς Γοθίδες.

Et nunc, ne for-
temittat manum
suam, & accipiat
etiam de arbore
Vite, & comedat
& uiuat in secu-
lum. Et emisit e-
um Dominus De-
us de horto Edē:
ad colēdam Ter-
ram de qua sump-
tus fuerat. Ita-
que expulit A-
dam. Et collo-
cauit à plaga ori-
entali horti Edē,
Cherubim, & flā-
meum gladiū uer-
satilem, ad custo-
diendum iter ar-
boris Vitæ.

uestes dedit, ad contea-
gendum corpus pecca-
ti. Et quamuis Adam
cum deo est per fidem
in promissum semē re-
conciliatus, & restitu-
tus in pristinam origia-
nem. vtique tamen
expellitur ex Paradi-
so originali loco, hoc
est, post pmissam gra-
tiam exponitur omni-
bus criminis & pœnis
ad eoq; ipsi morti (in-
terclusa arbore uitæ)
non tamen ad expian-
dum peccatum, quod
suit per promissum se-
men expiandum & rā-
tum per fidem imputa-
tiue expiatum.

E 3 sed

Sed dum uitium heret in natura, quod non potest aboleri, aut extingui nisi multis scenis, tandem morte ipsa corporali. Postea illic rebit, ut Christus inquit ad Iatrom: Hodie meritis in paradiſo. Et ut discamus magnitudinem peccati, severitate iudicij Dei, ut ita erga nos penitentiam, discamus timorem Domini, obedientiam erga eius mandata, patientiam sub paenitentia, & cruce, perseverantiam in uerbo Dei, fidem in bonitatem & promissiones Dei, & sic patienter expectemus finalem & promissam restitutionem originis nostrae ad integratorem uerae uitæ, post hanc erumnosam uitam.

Hanc methodum originis de creatione, de rerum gubernatione, de Ecclesia, Politia, & Oeconomia, de peccato, gratia, fide, charitate, penitentia, mortificatione, cruce, poenitentia obediencia, ceterisque locis communibus, qui hinc qualiter ex fonte ebulliunt & fluunt, discere, & tenere. pueritia, plurimum refert ad formandam partem per omnem uitam, ut sic paulatim adspiciamus ad uitam illam originalē: quam per pec-

catum perditam, per Christum autem restitutam
certaque expectamus. Ad quam consequen-
dam conseruet nos in hac periculosa
vita Dominus pater, spiritus
suo per Christum do
minum nostrum
Amen.

Scholiorum Petri Artopœi finis.

SCHOLI-

SCHOLIORVM PETRI ART^O
pœi in tria Capita Geneseos finis,
quætur nunc Aphorismi in Genesim
ab ipso descripti, & in usum ac fru-
ctum omnium piorum,
Deumq; quærenti
um ædita,

P E T R

PETRI AR^E

TOPOEI IN TRIA CAPITA

Genesios Proemium.



MOSSES ex Leuitica tribū natus in Aegypto sub Pharaone rege qui masculos enecari in partu, deinde submergi iussit, ab eius filia ex aquis Nili extractus, unde Moses dictus, & pro filio adoptatus, a prima ætate in paternis discipulis educatus & eruditus, iam adulatus & propter homicidium profugus in Midiam, ubi coniugatus, & ad rubrum a Domino uocatus, atque dux populi sui designatus, uoluit populū sibi commissum ut fidelis Magistratus ab Aegyptiacis tenebris, falsa cognitione Dei, & crassissima idololatria abducere ad ueram Dei cognitionem. Imo Deus ipse uoluit semel totimudo the-

Exod. 3.

F

saurum

saurum suum cognitionis, & primae origines, rerumque antiquissime gestarum per hunc Mosen reponere. Atque ut id faceret Moses exactius & uerius, tum a Spiritu Dei illustratus in Sina, tum a varijs Patrum monumentis instructus in confessu iudicium, rem repetit a prima origine, uidelicet a creatione, ab origine peccati & gratiae, quae tribus primis capitibus, quamvis breuiter, exerceat tamen, & significanter describuntur. Quae sequuntur capita omnia despingunt nobis peccati, & gratiae exempla, gratissimas historias, quasi uitae imagines pietatis & impietatis & sunt salutaris doctrinæ plena omnia, quae nos ueræ pietatis admonent, & diligenter ab impietate dehortantur. Suauissimus tamen nucleus, & intimum argumentum huius libri Genesios est, benedictum illud senten, in quo benedicentes erant omnes trib. terræ, Melchies ille saluator totius humani generis.

ris, restaurator lapsus nostrī, & restitu-
tor perditæ originis nostræ, cuius ge-
nealogia hic fidelissime & clarissime
describitur. Orditur igitur Deum de-
scribere, non ab ipsa Essentia, quæ est
lumen inaccessibile, sed ab eius esse
et usus opere & uerbo, quæ sunt uera
inuolucra Dei in quibus uerius con-
spici uult & potest, quæcūq; est ocularis
demonstratio, & facilius incurrit in
nostros oculos, deinde in mentem ip-
sam, uidelicet hunc esse uerum illum
Deum, qui à principio creauit cœlum
& terram, hoc est totum mundum, o-
mnesq; creature ex nihilo per uirtu-
tem uerbi sui. Qui ab origine sua lap-
sum, planeq; perditū genus humanū
per peccatū, redemit & restituit in in-
tegrū per Vnigenitiū Filium suū, redē-
ptūq; cōseruat & sanctificat per Spiri-
tum sanctū. Ita ut sint tria illa opera et
effectus Dei, Creatio, Redemptio, &
sanctificatio, summe magnifica opera

F 2 totius

totius sanctissimæ Trinitatis, Dei Patris, Filii, & Spiritus sancti. Estq; compendium & fonstotius Theologiz & Philosophiz, primūq; ac solidissime fundamentū fidei nostræ. Quæ qui in lectione sacra obseruat, feliciter uerbitur in pietatis negotio, magnūq; fructum Deo, sibi ipsi, & proximo reportabit. Et qui ita cōiungit Philosophia cum Theologia, illi sunt omnes creaturæ quasi uiuæ imagines, in quibus diuina Dei bonitas, sapientia & potentia est conspicua. Contrà autem quictra Theologiam tantum Philosophie incumbit, illi sunt creaturæ tantum res mortuæ & pictæ. Nos autem ut propriæ cōsideremus hæc, & percipiamus, rogabimus Dominum Deum omnis gratiæ patrem, ut aperiat nobis sensus ad intelligendum scripturas, detq; gratiam ut frugaliter in earum meditacione & tractatione cum timore & reuerentia uensemur, per Iesum Christum Domum

Domini nosterum, Amen.

CAPUT I.

N principio creauit Deus cœlum & terram.] In principio inquit relatione & respectu creaturarū, ab exordio omnium creaturarum Deus, autor & causa efficiens omnium rerum & creaturarum ante omnes creaturas, Diuina illa xterna mens & substantia.

creauit] Ex nihilo condidit. Hic obserua mysterium, nomen plurale iungitur ideo singulari. בָּרוּ אֱלֹהִים ad significandum pluralitatem in unitate, & unitatem in pluralitate. Tres personas in una essentia, Deum patrem, Filium & Spiritum sanctum.

cœlum & terram.] Principio ponit totum quasi propositionem, quam postea distribuit per partes, hoc est, creauit totum mundum, omnes creaturas, corporea & incorporea, uisibilia & inuisibilia, superna & inferna omnia.

F 3 Quare

Quare autem aeternus ille Deus iam
creauit mundum, quo tamen non indi-
get, cum ab aeterno fuit sine mundo, &
futurus est sine mundo, causam didi-
Salom. Proverb. 16. Et omnia fecit pro-
pter seipsum, hoc est, quia sibi ita pla-
cuit. Non ut Rabini inquiunt, propter
Paradisum, legem, iustos. Israelem, so-
lum maiestatis. Ierusalem & Messiam,
aut ut haberet domum in qua habita-
ret, aut propter hominem.

Terra autem erat informis & uacua.] Na-
ratio est à distributione partium toti-
us supra positi. Orditur narrationem
ab infima parte mundi, terra scilicet,
quasi à fundamento, & quasi à malla
informi. Cœlum & terra ex Deo. Ex
cœlo & terra creata sunt cetera om-
nia, quasi ex causa secunda.

Informis et uacua.] Hoc est, indistincta,
colluta aqua, inculta, et indecorata her-
bis, arboribus, & animantibus, &c.

Et tenebrae erant superficiem abyssi.] Ordinatio

tur temporū uicissitudines à tenebris
non sine magno mysterio. Tenebris
significant profundam & inscrutabi-
lem illam bonitatem, & sapientiam &
omnipotentiam Dei, quam habuit ab
eterno Deus ille absconditus, quæ nec
nunc quisquam, quantumuis exquiss-
tus, posset perscrutari, nisi Deus suo
lumine reuelauerit, is iam sese suis mi-
rabilib. operibus, & lumine verbi eō-
spicuum fecit & conspiciendū dedit.

Et spiritus Dei ferebatur super faciem aquar-
um. Hoc est, spiritus Dei fecit aquas,
& terras fœundas, ut acciperent for-
mas, & uiuas creaturas. **¶** signifi-
cat motillare ut avis aut miluus pen-
det & circum gyrat in aëre expâsis &
motis alis, Luth. aptissime reddidit sic
suuebede. Quin potius per motū Spî-
ritus Dei, intelligas creationē spiritu-
um, hoc est angelorū. Sup faciem aqua-
rum, id est, supra & ante oēs uisibiles
creaturas. **F**acies Hebreis ē supficies

præsentia, & externus conspectus.
Atq; hoc in tenebris, hoc est, Deus a-
lias creatureas fecit inconspicuas ut an-
gelos, alias fecit conspicuas, ideoq;
subiicitur creatio luminis. Idem me-
cum sentit August, in Eccles. dogmat.
cap. 10.

Dixitq; Deus fiat lux & facta est lux.] Tene-
bras illas sequitur lux, & cognitio di-
uinæ essentiaz in suis operibus conspi-
cuæ. Tenebræ illæ steterunt 12 horarū
spacio, deinde facta est lux, nā postea
reuoluuntur tenebræ, & appellantur
nox. Ecce noluit diuina illa bonitas
sua opera, suumq; thesaurum longius
retinere in abscondito, sed in tempore
sibi beneplacito reuelauit, & se in
hoc contemplandam dedit.

Et uidit Deus.] Hic quoq; obseruam
sterium in tribus illis uerbis creauit, di-
xit, & uidit, in quibus diuina illa trina
unitas conspici, & processus creandi
obseruari potest. Pater creat, Filius di-
cit,

cit, Spiritus uidet, aut pater creat per Verbum, filium, Et quæ creauit uidet per Spiritum sanctum, hoc est respicit, curat, & conseruat, atq; hec tria simul operatur unus ille Deus. Illa maxime confirmant fidem nostram, quod qui creauit nos Deus semper respiciat & curet nos.

Vidit lucem quod esset bona.] Quæ creat Deus approbat & commendat nobis ut bona & non emendanda, relatione autoris qui omnium optimus & sapi- entissimus est. Bonū cōpletebitur hic si- mul, honestum, utile & iucundum. Et certe uere bona est illa lux cognitio- nis & contemplationis Dei, interne et externe.

Et distinxit Deus inter lucem & tenebras.] Ecce ordinē Dei de uicissitudine tem- porum, ut haberent certa spacia distin- cta, ad operas & ad requiem, ut maneret perpetua iucunditas, ne unius rei perpetuus usus obtundat & tedium pariat.

F 5 Et

Et uocauit Deus lucem diem, & tenebras
cauit noctem.] Ecce diem ante solē. En-
go Sol non est autor diei, ut Philo-
phi sentiunt, sed sol illustrat, & deco-
rat diēm, ut gemma aurū in annulo.
Nec occasus solis, aut umbra terre fa-
cit noctem. Sed dies & nox uehūtū
cōelo, utrāq; complectuntur medianam
partem cōeli, circumuoluūtūr primo
mobili & uices seruant.

Et tenebras noctem.] Ergo tenebrē illae
sunt reuolute, & manet ita perpetua
& grata illa commutatio & uicissitu-
do temporum.

Et factum est uespera & mane, dies unus.
Partes diei, hoc est, totius reuolutio-
nis, sunt uespera & mane, hoc est,
nox & dies, tenebrē & lux, principi-
umq; diei incipit à uespera seu nocte,
duratq; usq; ad alterā uesperam. Hic
ordinem obseruat tota scriptura sa-
cra, inquiens à uespera usq; ad uespe-
ram. Mysteriū hic quoq; subest, quod
mundus

mundus cum omnibus creaturis temporalis sit, à uespera usq; ad uesperā. Et ut cœpit, ita quoq; desinet. Atq; totum tempus mundi est quasi dies, aut una hebdomada coram Deo.

Dies unus.] Ponit numerum pro ordine, nam septem dies numerabit. Et ut esset distinctio operum Dei secundum singula tempora & spacia. Hæc sunt opera primi diei, scilicet, creatio coeli & terræ, sed adhuc informium, & rudium. Item lucis & tenebrarum, hoc est, noctis & diei. Hæc potuisset Deus sua sapientia & omnipotentia in uno momēto creasse, sed quoniam tempora constituit, ideo uoluit in tempore suas operas facere nō manu, sed uerbo, ut declaretur sua omnipotētia. Lucem primum creat, ad singendā rudem illam massam coeli & terræ, indicatq; lucem ad operas esse datā, tenebras ad quietem.

Et dixit Deus.] Et apud Hebreos in exor-

exordio, plerūq; est transitionis no-
ta, idemq; hic significat, nām iam pro-
sequitur descriptionem secundi diei.

Dixit Deus.] Dicendo fecit Deus o-
mnia, ut obseruemus eius omnipotē-
tiam, & sapientiam, supra omnem ra-
tionis captum. Verbum Dei facit o-
mnia, ergo audi, & crede, nō li-
scrutari tua ratione, ne stultescas, ne
queras ullam alias demonstrationes,
nisi solum uerbum Dei. Si quādo ig-
tur queris probationes, et demonstra-
tiones, quomodo, & ex qua causa &
materia omnia hęc facta sint, respon-
de tibi & alijs: Verbum Dei est causa
& materia totius mundi. Vulgo in-
quiunt, ex nihilo fit, nos responde-
mus, ex nihilo facta sunt omnia.

Fiat firmamentum in medio aquarum.] V/
num illud uerbū fiat, tantę est poten-
tię, ut possit, efficiat, & constituat o-
mnia, ut inquit Dauid: Ipse dixit et fa-
cta sunt, ipse mandauit & creatā sunt

הַנֵּה est substantiæ verbum & facit o-
mnes substantias, signatq; ueram &
diuinam essentiam, unde factum esse
aiunt diuinæ essentiæ uocabulū רְחִיבָּה.
Firmamentum seu extensio עַמְקָה à
וְזֶה expandit, ampliatuit, extendit,
huc alludit David: qui extendis cœ-
lum sicut pellim. LX X sepius uerte-
runt, id est, firmamentum seu conglo-
bamentum, ita ut sit rotundum firma-
mentum. Primum terra, aqua, aëris, ig-
nis, Luna, Mercurius, Venus, Sol,
Mars, Iupiter, Saturnus, &c coelum fi-
xarum stellarum טְהָרָה aque duali nu-
mero tantum, hic semper habet n. ad-
iunctum, quæ litera præter quā quod
est articolus genitiuſ, significat q̄c; z
emphasim ad notandam precellenti-
am & magnitudinem aquarum, ante-
quam sunt diuisæ & distinctæ, cum al-
tera pars aquarum sub firmamento de-
cupla proportione superat quantita-
tem terræ. Diuīſitq; aquas. Aqua ab-
aquis

aquis distinctæ sunt sup & sub firmamento. Ergo cœlum illud cœruleo colore quod cernimus, quod uulgo tantum cœlum appellamus, & philosophi cristallinum esse putant, uerissim aquæ sunt, eque ut ille, quibus hic sumur sed puriores. Alij aquas super cœlos uolunt intelligi nubes, sed hice expressæ, diserteq; dictum est esse aquæ supra omnes cœlos.

Vocavitq; firmamentum cœlum.] Firmamentum illud, totaç; illa intercapedo insigne et uacuum illud inter aquas et aquas appellatur duali numero שמיים una appellatione plura continet, orbes scilicet, aut spheras illas cœlestes, quod Latini cœlum duplice gente posuerūt, in singulari significat cōfunctum totū firmamentū inter aquas & aquas, In plurali significat spheras illas cœlestes in firmamento distinctas. Plures esse cœlos obseruatū est, postquā Deus singulas spheras (quas quoq;

quoque cœlos appellamus) astris orna
uit, singulaque astra singulis motibus,
ipsasque spheras circumagat & gyrat.
Accipiuntque appellationem seu ethy-
mologiā ab aquis פְּנִירָה unde שְׁמַיִם quasi ex aquis, & inter aquas quasi in
ter limites, constituti. Aut à שֶׁמֶן quod
est posuit, fecit, ordinavit, fabricauit
quasi מְבָרֵךְ positum inter aquas,
qua בְּ in בְּרֵךְ habet dages. In Hebreo
hic non additur, Et uidit Deus quod
erat ualde bonum. Ratio est incogni-
ta. Septuaginta autem addiderūt aut
ex suo, aut ex libris hebraicis suo tem-
pore integrorib. & emendationoribus.

Et factum est uespere & mane dies secundus.]
Die secunda facti sunt cœli sed rudes
& inornati astris adhuc. Ita iam distin-
xit cœlū a terra, & aquas ab aq's, inter
posuitque firmamētū seu cœlos, inane,
vacuū, liquidū, limpidū, perspicax, &
mollissimum, adeoque inuisibile illud,
corporeum tamen est & sustinet in-
gentem

gentem illam molem aquarum ne-
cidant. Rationes sunt, tuis Verbi De-
& diuersa uelocitas motuum cœle-
stium sphærarū. Ita Deus dicitur ha-
bitare in cœlis, hoc est, in intusibili,
qui ubiqꝫ supra & intus est, in quo ui-
uimus, uersamur & sumus Actor.¹⁷
Hoc meditari operatur in nobis si-
ciam de Dei presentia, et timorem ne
quid impie cogitemus, dicamus au-
faciamus uel soli, quia Deus est pre-
sentissimus inspectoꝫ & auditor. Er-
go prima illa appellatio cœli & terre
accienda est pro tota illa conuolu-
tione, commixtione & rudi illa ma-
sa quam uulgo chaos appellant. Ita
ex terra & aquis constituta sunt omni-
nia, quasi ex materia et massa. Cœlos
creat ante uegetantia & animantia
ergo precedentia sunt sequentia me-
dia sustentacula & cause secunde ge-
nerationis, nutritionis & corruptio-
nis, quemadmodum postea primum
creat

creat herbas et arbores quam creat animantia.

Et dicit Deus.] Est transito ad descriptionem operum diei tertiae.

Congregentur aquæ.] Terra centrum mundi ab initio et naturaliter fuit unius collata & circuncepta aquis in solido globo, iam autem primū prodit, aridat, & aptatur ad ferendum frumentus, & ad habitandum. Non emersit, ne loco suo mota est ut emerget, sed aquæ recesserunt & loco suo moti sunt, ut eminerent summa cacumina terræ. Aquæ tunc recesserunt in viscera terræ per syrtes in suas uenas, tursusq; ebulliunt per fontes, confluant & flumina faciunt, ut sic humectet terram, & potent animantia. Ita factum est ut aqua & terra faciunt unum globum, nam terra iam non est solida per se, sed per aquas porosa & cancriosa facta undiq;, inservit usq; ad superficiem aquarum, ita undiq; extat terra, &

Fontes.

G cœlum

cœlum undiq; sursum est. Certum
est esse antichthones & antipodes.
Aut fuit alia forma productæ terræ
te diluvium quam nunc est. Est quo
hoc obseruandum quod elementū i
perat elementum, & sphæra sphæra
decupla proportiōe, ut sit deties pl
aqua quam terræ, & deties plus ari
quam aquæ, et deties plus ignis quam
aëris. &c. Ideoq; fit quod aqua ex
tra scaturit, quia tendit ad locum su
scilicet supra terrā, item aër ebulit
aquis, & ignis sursum tendit, quia s
tinat ad locum sibi destinatum. In
illæ euaporationes.

Euphoræ *Et vocavit Deus aridam terram.*] Arida
tions. catur naturaliter quod est sicca, ucl
pis, & sterilis נָשָׂרְבָּה arida ab וְבַיִ
ruit quia nondum erat fertilis usqu
dum dixit Deus germinet terra. Ilo
uerbum dedit terræ suam fertilitatem
tribuit uegetantium & crescentiam, i
li autem terræ tantum quæ eminet, in
teriu

terior autem terra manet semp̄ arida & sterilis. Terram **תְּהִלָּה** deducunt ab **אֶלְעָזָר** quoluit, appetiuit, quod semper appetat ferre fructum.

Collectionem aquarum vocavit maria.] **וְמֵרַיְם** à **דָּבָר** mare ab aquis pluratiuo numero, quod multa & diuersa sint maria seu aquarum collectiones. **בְּנֵי** autē est dualis numeritancum, quia sunt superiores aquæ & inferiores quæ postea sortitæ singula nomina.

Vidit Deus quod esset bonum.] Scilicet ita terram aquis extare.

Et dicit Deus germinet terram herbam.] Bis dicit Deus eadem die, quod iam ab integro vult oderari, & res peculiares facere.

Herbam virantem.] Significantius dixit Hebreus **ψ** aut Græcus, Latinus aut Germanus reddere possit. Simul posuit **אֶשְׁׁבֶּת** & **שְׁבַע** que utraq; herbam significant, sed cum discrimine. **אֶשְׁׁבֶּת** significat herbam teneram et molleim,

G 2 quan-

quando primum nascitur ex terra tempore uerno 27 autē herba est gladior in pfecta magnitudine , quaerunt flores & fructum ut est in estate . 10 Deus uno hodie fecit , quod alia cito semestri in uere & estate . Natura intelligendum est quasi uno momento omnia simul fecerit , sed omnia simul produxit per totum illum diem iustam suam quantitatem & qualitatem . In tempore agit , ergo tempus habis unit . Elementa dant corpus , calidant uegetantiam , serrant ep singul suam naturam , hoc est uim & potentiam ad suas operas inditam per Verbum Dei , quod semper agit in eis turis .

Natura .

Radic .

Semen .

²⁷ Seminificantem .] Radix seruat suam quancum herbam aut arborem . Semen autem creatum est ad propagationem . Nam semen est totius sui corporis uiuui , corpus uiuum et separabile , habet totam naturam , omnesque partes sunt corporis .

poris substantialiter inclusas, quas se
minatum refert ad propagandum su-
am speciem. Hinc apparet quod De-
us singulas tantum cuiuscum speciei her-
bas & arbores creavit, seminque singu-
las dedit ad propagationem, & ad ci-
bum creandis animalibus. Ecce pro-
uidentiam, & economum Dei, prius
creat herbas & arbores quam anima-
lia, ut habeant paratum cibum. Hinc
quoque cognoscitur paterna bonitas
& cura de suis creaturis, quae debet in
nobis augere fiduciam erga Deum. Ec-
ce quam mirus & operosus est artifex
Deus pater noster, uno die facit tam
multas, tam quam maria species herba-
rum & arborum, tam elegantes & ar-
tificiosas, ut humana ratio aequi non
possit, etiam si unam tantum perscrutata fuerit. Vnde quoque David exclamat inquisiens: Quam mirabilia opera
tua Domine, omnia in sapientia fecisti, plena est terra bonitate tua. Et si re-

G 3 etc

Ce consideras, uidebis præsentem
uinitatem in suo opere, uidebis boni
tatem essentiaz, sapientiam operis, u
litudinem fructus, & iucunditatem fru
di. Et ut est Deus unus in essentia,
trinus in personis, ita tria erunt in su
gulis, radix, herba, fructus. Artificio
sum corpus, iucundissimus color,
gratissima uirtus. Ad hoc argumen
tum augem, quod Deus ipse, se nobis
in suis creaturis contemplandū, fru
dum & colendum dedit, felices oculi
qui hæc contemplatur, hæc est uer
sima Theorica, hæc debent in nobis
augere pietatem & fidutiam erga Deum.

Origo arborum. Porro ex obseruatione, & appli
catione herbariū & arborum naturalium
omnis medicina.

Dies tertius. Et uidit Deus quod esset bonum.] Hoc de
bene, rectezy factum ad usum & dele
ctationem. Ita Deus delectatur in sui
operibus. & ludit in orbe terrarum.

Dies quartus. Et faciat uespera, &c. Dies quartus.] He
c.

Sunt opera tertij diei, in quo produxit terram ex aquis, & creauit herbas & arbores, plantauitq; amoenissimum Paradisum, cuiusq; generis herbarum et arborum, ordineq; posuit, de quo mentionem faciet in sequenti capite. Hec debent in nobis fidem & pietatem augere. Quod si foenū agri quod hodie est, & cras in clibanū mittitur, Deus sicut est, decorat et respicit, quanto magis nosc. Matt. 6.

Et dixit Deus.] Transitio est ad operas quarti diei. Heri decorauit terram herbis & arboribus, hodie ornabit coelum astris.

Fiant luminaria.] Hactenus cœlum fuit tude & inornatum astris, nunc autem astra creat, et luci diei plus luminis addit, dum creat Solem, ad significandum quod Deus usq; magis & magis se cōspicuum in suis creaturis facit, item q; iam intendit operas subtiliores, quæ plus requirunt luminis, ut possint cō-

G 4 spici

spici à nobis. Porro ut diuersicas colorum, suorumq; motuum per astra possit discerni, quod alioqui non possent nam omnes cœli limpidisimi, & spicacissimi. Postremo creat astra ad multas res necessarias. In modo siquidem, Deus nihil facit frustra, **N**on lumen est, iride **N**on lumen aut luminare pos Aegyptijs sol dicitur. Inde componi puto **M**istagogz de astris, de superioribus, & effectibus eorum. Luminaria, lumina seu luces **N**on sonat, ac si omnia astra per se lucerent, sed post obseruatū est solum Solem per se naturaliter lucidum esse, & illustrare omnia corpora mundi, lunam et omnia astra. Cetera omnia corpora & astra, esse rotundā & opaca, & illustrari post solem, solumq; ea parte uideri, quia illustrantur a sole, quod est in Luna conspicuum, & in eclipsibus obseruatū. Astra ergo dicitur lumina relatione solis q; ea illustrat. Ita solus Christus

est sol iusticiæ per se. lucidus, & illus. 1946.1
 strans omnem hominem tieniente in Mat. 25
 hunc mundum, facitq; lucere & splen Dan. 12
 dere omnes in ipsum credentes. 1.307

Et distinctionem faciant.] Quæ sequuntur
 omnia de sole & astris, dicta sunt de
 fine, effectu et officio ipsorum. Sol est
 die rex & dominus, in medio firmaz. 11.12
 menti constitutus, totus habet cœlos sub
 se quo habet suprase, accedit ac reced
 dit cum die, dies p̄uicissim cū sole. Or.
 tu suō designat aduentare diem, occa
 su contra miniat noctem, & toto suō
 circūcursu diem metitur. Accessu suo
 adducit Ver & Aestatem. Recessu fa
 cit Autumnum & Hyemem. Distin
 guit solsticia & æquinoctia, & per ea
 certa constituit tempora anni. Dumq;
 ad suum locū redit annus est. Eaq; uis
 est radiorum solis, ut secum rapiat ig
 nem, usq; ad terram, calor emq; faciat
 ex reuerberatione, medium motū, ad
 generationem & corruptionem, ad in
 G s uatq;

Luna. uatq; uegetantiā. Luna per se globus
opacus est & densus, accipitq; lumen
ab irraditione solis, & dum discedit
sole, reditq; ad solem mensis est, suā
coniunctione & aspectibus distinguunt
menses, & mensium partes, distinguunt
certa tempora festorum, adiuuatq; u
getantiam. Stellarū alii sunt fixi, ali
errantes quas inde planetas appellant.
Fixæ autem constitutæ sunt super om̄nes planetas, planetæ singuli singu
las spheras seu cœlos habent, simulq;
suum lumen accipiunt à sole, singulæ
illa astra singulas uirtutes & effectus
habent, ad uarios usus hominum, an
mantium, & uegetantium. Item ad ui
tias mutationes aëris. Ideoq; Christus
appellat ea uirtutes cœlorum, Mat. 5.
Nam alia frigus, alia calorem, alia si
citatem, alia humores tempestates
causantur. Mat. 16. Facto uespere di
uis, serenum erit, rubicundum est enim
œclum. Et mane, hodie tēpestas erit,
rutilo-

utilat enim triste cœlum. Faciem cœli iudicare potestis. Quæ secundū Dei uerbum contemplari & obseruare iu cundissimum est, & saluberrimum, fa culip ad res multas in uita necessarias: preter Dei uerbum autem, est tantum uana sapientia mundi. Ergo omnia de bent ad hunc usum & finem tendere, nempe ut creator cōtempletur & cog noscāt in suis creaturis, cognitus aut, ut colatur timore, fide et dilectione, id uult Paul ad Rom. 1. Ideoç̄ damnat omnes gētes de idolatria, quod eū cultum à creatore ad creature trāstū lerunt. Obiter tamen aspergo quod ex diligēti & longa obseruatione cō porum, et motuum coelestium nata sit tandem ars Astronomica, à primis pa trib. quasi per manus tradita, nam ue teres longius uixerant, ita poterant exactius obseruare. Sed postquā propter imbecillitatem naturæ paulatim homines cōperant statem minuere,

Astronomia quo modo natūra sit.

pro-

prout sum est à Deo, ut ille obseruati
nes conscriberentur ordine, & sic li
terars & professio.

Luminare minus ut p̄cesset nocti & stellarū
Non quod luna & stellæ non luceat
etiam die, sed quoniam maius lumen
obfuscat minus, ideo non conspicui
tur die, ubi aut̄ occiderit sol, cum redi
unt tenebrae, conspicuntur stellæ irri
diat à sole, ad usum noctis, hoc est u
nimantium qui noctu uictu quantitate
Psalm. 104. Item ad usum nautarum.
Et uidit Deus quod esset bonum.] Est epilo
gus huius diei in quo creauit astra. Bo
numq; uocat, scilicet, sic singulos cu
los esse astris ornatos, conspicuos, &
obseruabiles, ut sic ipsorum motus, &
nature seu effectus possint obseruan
astrāq; ipsa suis motibus, coniunctio
nibus & aspectibus facere aëris & ri
rum uicissitudines, tempora discerne
re, vegetantia adiuuare, & esse ad mil
tas res necessaria in mundo. Ut autem
singuli

singula succinctum & paucis repetâ, primum cœlos, deinde ipsorum motus recensebot. Ab aquis ad aquas illa di-stantia firmamentum seu cœlum dicitur, illudque cœlum plures cœlos com-plicitur. Primum est Aëris, deinde Iga-nis, Lunæ, Mercurij, Veneris, Solis, Mattis, Iouis, Saturni, fixarum stella-tum seu signorum, supremum est pri-mi mobilis. Cœlum aëris nullo astro est insignitum, est animatum, auium, uentorum & nubium locus. Cœlum ignis quoque nullis astris est conspicuum, in eius aërisque contiguo fiunt meteo-ra ignea, ut sunt fulgura, tonitra, hy-pocautumata, cometæ, dracões, &c. Pro-xime superiores cœli singuli sunt sin-gulis planetis insigniti, quorum septem sunt Luna, Mercurius, Venus, Sol, Mars, Iupiter & Saturnus. Deinde est cœlum fixarum stellarum, in quo sunt 12 signa zodiaci, ceteraque signa & co-stellationes singularum virtutum. Su-prenum

primum cœlum dicitur primum mo-
bile, inuisibile, quia est nullis astris in-
signitum, ipsum uehit diem & noctem,
unde est uisibile. Hæc omnia tegunt
aque quæ supra cœlos sunt, Psal. 150.
Inuisibile, inane, & perspicacissimum
illud totum cœlum, corporeum tamē
est in quo habitat Deus cum angelis
inuisibilibus, spiritibus, in loco, præ-

Deus b. a. ter locum tamē, non quod Deus in lo-
bitat in co concluditur, sed quoniam inuisibi-
cœlis.

3. Reg. 8 lis esse dicitur, hoc est inuisibili, quo-
A. 7 niam inuisibilis est Deus, atq; ut cœlē

Esa. 65 ubiq; sursum & præsens est, ita quoq;
Deus cum administratorijs suis spiri-
tibus nobis ubiq; præsens est. De mo-

Primus tibus porro hæc obiter aspergamus: Mo-
motus.

Secundus Spiritus Dei, qui est angelorum, inui-
sibilis & uelocissimus. Secundus mo-

tus est Primi mobilis, quod circumuo-
luit diem & noctem, ab ortu in occasi-
sum,

sum, ab aquilone ad austrum & e contra, suaq; uelocitate secum rapit inferiores cœlos omnes, quātumuis aduersos. Ille motus est nobis uisibilis secundum diem & noctem. Tertius motus Tertius est reliquorum omnium inferiorum cœlorum, qui quanto sunt inferiores, tanto sunt uelociores in suo motu, uidelicet ab Occidente in Orientem. Motus ^{velocitas} ignis & aëris est improprius & inordinatus, sicq; per accidens ex motu & effectu astrorum. Et quoniam cœlum ubiq; supra est, & terra undiq; extat aquis, solisq; motus est perpetuus & inquietus, inde fit quod singulis horis, singulisq; momentis est ortus & occasus solis, medianox, mediatq; dies, sed diuersis in locis. Quando Indis sol est in meridie, nobis oritur, America est media nox. Quando nobis est in meridie, tunc Indis occidit & Americis oritur. Tantusq; item est solis astrorumq; motus, ut singulis diebus, hoc

hoc est in 24 horarū spacio absolvant
5400 miliaria, tot enim continet terre
ambitus. Singulis horis 225 miliaria
decurrat sol, tantum relatione terre
ced interim amplitudinem sui loci) ut
si quis uellet semper manere sub solo
illi essent singulis horis, tot miliaria
percurrenda, ideo ueri sunt qui dicunt
Solem uelocius currere quam sagitta
possit uolare, immo quam bombardæ glo
bus. Sol pessæ diei ideo dicitur, quod
eundem motum cum die obseruat, et
terram astram aut tardius (que supra sunt)
aut uelocius (que infra sole sunt) cur
sitat in suo motu. Ideoq; Sol situs est
in medio firmamenti. Ecce indefatiga
tam & alacrem obedientiam creatura
rum, quæ debet nos nostræ obediēre
admonere. Ideo oramus ut Dei uolu
tas fiat in nobis siue in cœlo & in ter
ra, ut sic indefessi & alacres obediā
mus quemadmodum omnes creature
Effectus. in cœlo & in terra. De effectib. astro
rum,

rum, quæ Christus uirtutes cœlorum appellat, non est hic narrandi locus, inde extat certa ars & pfectio, satisq; hic est scire, astra efficere uarias illas mutationes aëris & tempestatum, & adiuuare uegetantiam. Natiuitates autem & fortunas hominum in uita, ex austris perscrutari, fortasse fieri posse concedo, sed quia intercidit, aut nunquam integræ prodijt, certa & perfecta astrarū cognitio, & fragilitas humani ingenij, & uitiatæ naturæ non possit asequei eam sublimitatem, ideo falluntur humanæ conjecturæ ex imperfectis obseruationibus. Philosophe quidem, in eas res penitus intenti, non nihil perscrutati sunt & peruidiunt, sed imperfecta sunt omnia, & certus saepius longe diuersa ostendit, quod in practicis mathematicis satis cōspici potest. Tota autem hæc theoria seu contemplatio, admonere nos debet ingentium beneficiorum, & mi-

Theoria

ca.

Habib

rabilitum operum Dei, ad confirmā-
dam fiduciam nostrā in tam bonū, &
sapientē mirabilē Deum. Itē, et ad glo-
riā & preconiū Dei instigare nos de-
bet, cuiusmodi psalmos multos ceci-
nit Dauid acutissimus ille theoricus.

Et factum est uespere, & mane dies quartus.]

Tantum operæ fuit quarti diei, in quo
Deus astra condidit, Quæ tota illa cō-
stellatio cœli, militia cœli dicitur me-
taphorice, quod quemadmodū exerci-
tus militaris quisq; in suo ordine pro-
cedit, ita insigniores stellæ quasi capi-
tanei ducunt turbam aut cohortem
stellarum suarum secum. Planetæ au-
tem quoniam sunt progradi, digra-
di, & retrogradi, sunt quasi dispositio-
res exercitus cursitantes huc & illuc,
ut adiuuent, & uires animosq; addat.
Porrò astra sortita sunt nomina & fi-
guras imaginarias à philosophis secū-
dum uirtutes, et situm ex cogitatas, nō
quod ita sint, sed ut tanto citius obser-
uentur.

uentur. Deus autem qui ea fecit, solus
scit & numerat illum exercitū & mul-
titudinē stellarū, singulasq; suis nomi-
nibus uocat Psal. 146. Atq; ex uisibili-
bus debemus inuisibilia pscrutari, uis-
delicet quod & que ita fit inter inuisibi-
les spiritus coelestes, ubi archangeli
quasi capitanei suos angelos ut suum
exercitū seu cohortē habent. Deus au-
tem quasi sol in medio ipsorū singulis
dat lucem & uirtutem, singulosq; no-
minatim uocat, secundum sua dona et
virtutes. Hac est uera theorica.

Et dixit Deus.] Est transitio ad descri-
ptionem operum quinti diei, hic quo-
que obseruabis omnipotentiam uer-
bi Dei. Ecce quam se diuina illa boni-
tas indies magis magisq; conspicuam
facit, hactenus inanimatas, nunc ani-
matas creaturas facit.

Reptifcent aque.] Heri cœlum ornatuit
astris, hodie decorat & implet aquas
piscib. aëreçq; uolucrib. Et qm̄ deties

H 2 plus

Dies quin-
tus.

plus aquarū ē q̄ terræ, ideo plures species pisciū creavit q̄ animantū terre striū, id adeo indicat pisciū semina seu granula, aues similiter ex aquis create sunt, adeo q̄ adhuc semper ex aq̄s, aut liquido nascuntur. Ita tamē ut pisces in aquis, aues autem in terris procedent & in aëre degant.

Cetos magnos.] כְּתָנָה fortasse est dualis numeri, quoniam nō habet iōd in terminatiōe plurali, unde certum est, Deum fecisse cuiusq; speciei par unū. יְהָנוֹן draconem significat & terrestre & marinum, Marinus draco κῆτος dicitur, latine balena. In Dauide & Iob Lieiathan, Psal. 104. Iob. 3. & 40. Est maximum genus pisciū, ut draco est maximum genus animalium terrestrium, ita ut elephantes superet.

Animam uiuentem.] Anima pro anima li hebraico more s̄xpissime ponitur. Animal est quicquid proprio motu et sensuum impulsu mouetur.

Reptile

Reptile & motabile.] Apud Hebreos i-
de significant ferè, וְנַצְרָנָה Ger-
mani p̄prijsime reddunt kremen und
vuemen, uti pisces squamati in aquis
mouentur sine fulcro terræ, ut aues in
aere. Repere dicuntur, quæ fulcro ter-
rat utuntur, ut anguilla, cancer, testu-
do, &c.

Et uidit Deus quod esset bonum.] Videlicet
ita pisces, & aues ex aquis procreari,
suntq; omnia bona, essentia, forma, fi-
ne, & usus suo.

Et benedixit illis Deus dicens, crescite.] Post
uerbum creationis additur uerbum fru-
ctificationis, ad significandum, geni-
turam nō esse ex nobis, nec in nostra,
aut ullarum creaturarū uirtute seu po-
testate, sed ex benedictione Dei, ut s̄
pius accidere uidemus in cōiugio. A-
deo'q; ipsum opus procreandi esse sin-
gulare opus Dei pr̄ter creationem.
Ideo'q; omnes creaturæ naturaliter ap-
petunt sobolē propagare, illud'q; uer-
H 3 bum,

bum, crescite, facit singulas creaturas
fœcundas, & impellit ad procreatio-
nem. Et ecce obedientiam creaturarū,
quām diligenter satagunt insito Dei
uerbo obedire, nūdificāt, fouent, alōt,
tegunt & defendunt, usq; dum fœtus
peruenerit ad iustum magnitudinem,
ut possit sibimet uictum quærere. Ob-
serua quoq; quantam copiam piscium
et uolucrum singulis annis mactamus
& comedimus, quantis plaustris aue-
himus, & quanta copia superstat. Vn-
de perspicimus magnam illam œco-
nomiam, prouidentiam & procuratio-
nem Dei. Nisi enī illud uerbum, Cre-
scite, fuisset additum, aut si auferretur,
quāta penuria breui futura esset in to-
to mundo. Item, Crescite, dixit post
quam pisces & aues succreuerāt ad iu-
stam suam magnitudinē, ad significā-
dū continentia, & uerecundiā, de quo
plura (fauente Domino) audiemus in
benedictione hominis. Astris non dis-
xit

Astra' nō
crescent.

xit crescere, augescite & replete coelū,
sed quotquot primum sunt creata, tot
sunt & manent usq; ad finē mundi. Lu-
na tamen accrescere & decrescere dici-
tur, nō sua quātitate, sed lumine, rela-
tione nostri aspectus, alioq; semper ad
medietatē irradiatur à sole. Itē diē no-
tē cōspicere crescere & decrescere dicimus,
qd uerius diceremus accedere & rece-
dere. Hic aut̄ obserua mirabilē Dei o-
perationē, in seminis procreatiōe, sim-
guli pisces, singulæq; aues cuiusq; spe-
ciei toto eodē die crescebāt ad iustum
magnitudinē suā in sua specie. Procre-
ant aut̄ mirabili modo: Pisces sua spar-
gunt semina, et procreant absq; incu-
batione. Aues aut̄ sua ponunt oua, in-
cubant, & sic procreāt. Porr̄o animad-
uerte mirabilē & artificiosam operā
Dei in pisciū, & auīū uarietate, & cor-
poris cōstitutione, squamæ uestiū, &
sunt pennarū loco, brāca; alarū usum
pr̄stant, magnāq; inuicē cognationē

H 4 habent

habet pisces et aues, quod de eadē materia & massa sunt creati, attamen plurimum differunt. Pisces aquas, aues aerem occupat, pisces sunt muti, aues canoræ, &c. Vide in aliis plumarum subtilitatem, mollietatem, & multitudinem pennarum, ordinem, uarietatem & picturam, cantus iucunditatem, & fruendi utilitatē. Quis potest animaduertere muscarum & insectorum, uarietatem, subtilitatem & anatomiam. Quād exquisitas & subtile manus habuerit, mirus ille artifex in his condendis. Imò magis mirandum est, quod summa illa diuina maiestas se in tam minutissimas, & nostro iudicio nihil uermiculis exercuerit, quorum tamē nihil frustra conditum est. Quæ omnia debent in nobis augere admiratio nem, cognitionē, laudem & gloriam Dei, & nostram pietatem, & fidē confirmare. Quod si summus ille Deus tā minutissimas rēs tam mirabiliter, et at
tificio/

tificiose creauit, pascit & conseruat,
 quanto magis nos ad suam imaginem
 factos, & sanguine unigeniti filii sui
 redemptos pascet & conseruabit. Ma-
 gna est contra impietas est abuti creatu-
 ris, uorare, & deglutire præter gratia-
 rum actionem. Singulis herbis & ar-
 boribus semina dedit, animatibus au-
 tem piscibus & uolucribus sexum ad
 iunxit, masculum & fœmellam fecit,
q̄s dixit crescere, hoc est, copulemi-
ni, litis fœundi, & augete speciem ue-
stram, Benedictio hic significat, donū Benedit-
 & beneficium Dei ad propagandam *atio-*
 sobolem, ut semen dare, & concipere,
 souere, parere, producere, & nutritre.

Et facta est uespera, & factum est mane dies
 quintus.] Est clausula q̄nti diei, & descri-
 mē singulorū dierum suorūq̄ operū, *Primum*
dixit Deus.] Est transitio ad descri- *dixit, dein*
ptionē sexti diei, in quo creauit Deus de fecit,
animantia & hominem. Dicendo, fa- *so solt*
cit, & creat, quæ notat omnipotentiā syn-

Verbi Dei. Ergo per totā illam diem
dixit singula quæ sunt in animātibus,
de corporum cōstitutione, iunctura,
ordine, quātitate, qualitate, et fine seu
usu. Idemq; uerbū singula in sua sub/
stantia & natura conseruat, usq; dum
Deus auferat uerbum, quo ablato per/
eunt, ut inquit Dauid: Auferes spiritū
eorum, & deficient, & in puluerem su/
um reuertentur. Emittes spiritum tuū
et creabūtur, & renouabis faciē terrę.

Eccles. I Itē Salomon: Generatio alia prēterit,
alia supuenit, terra aut in eternū stat.

Producat terra animam uiuentem.] Deus
omnium rerum creator, & mirus op/
fex, iam quasi operi suo extremam ma/
num adhibiturus redit, unde incepit,
ad terrā uidelicet. Nam apparatus tri/
bus illis primis materijs, terra, aquis,
& cōcelo, primum operatur in terra, de/
inde in cōcelo, postea in aquis, tandem
redit ad terram, creatq; primū anima/
cia bruta, deinde hominem. Animam
accipit

accipit hic hebraico more pro ipso animali per se mobili & sensibili. Dein de distinguit tria genera animatum, ut iumentum, reptile, & bestiam. Iumentum est quod herbis vescitur, & est quodammodo cicur. Reptile est humilium genus animatum, quod serpit cum aut sine pedib. Bestia est animal quod ex rapina uiuit, & carnibus vescitur, plane fera, uenatoria & indomabilis.

In genere suo. Hie quoque obseruamis randam & uenerandam Dei maiestatem quam artificiose exercuit in condendis animantibus, quam uaria & elegantia fecit, nec tantum condidit magna, ut elephates, carulos, equos, boves, ceruos, &c. sed etiam apes, formicas, &c. Ita uoluit diuina illa bonitas se ostendere in paruis & que ut in magnis, in uilib. & que ut in gratis, que omnia debet fidem nostram accedere ad diuinam bonitatem. Qd si tamen uiles bestiolas curat, ergo nos tanto magis curabitis.

Et

Et uidit quod esset bonum.] Postquam ita
uoluit, dixit, & fecit animantia, ideo
nos debemus despicere, & contemne
re Dei creaturam, quantumuis uilem,
sed Deum glorificare, quod ita uoluit
itaç fecit, & nobis tam perspicue suā
bonitatem ob oculis posuit conspici-
endam. Demum & gratias agere, de
usu & fruendi libertate, atç de singu-
lis conciones facere, quibus enumere-
mus rerum fructum, & utilitatē. Sed
quis potest artificiū Dei, quis potest
usum rerum satis enumerare? Non di-
co iam de frumentis, & leguminibus,
sed quis potest etiam straminis, lini, et
ligni usum enarrare? Quis potest ani-
mantium equi, uacce, ouis, &c. usus et
commoditates pro dignitate explica-
re? Quis potest anatomiam apis, &
iliarum bestiolarum et iuncturas mem-
brorum considerare?

Et dixit Deus.] Discrete describit homi-
nis creationem post omnes creature-
&

& animantia, quod cætera animantia sunt irrationabilia, solis reguntur sensibus, homo vero mente habet, & utitur ratio. Ita uides quod Deus se singularis diebus, usq[ue] magis perspicuum facit in omnib[us]. creaturis, quasi in clarissimo speculo, iam autem in ipso speculo ponit uiuam suam imaginē, prop̄ iustissime Deum referentem. Absolutis itaq[ue] omnibus creaturis tandem creat hominē, quasi epilogum omnium operum suorum, quem ex terra creatum subueheret super omnes creaturas, adeoq[ue] super angelos, ad uitam eternam.

Faciamus hominem. Hoc nos debet singulariter ad fidem erga Deum excitare, quod singulari consilio Dei creatus est homo. Hinc p̄spicue appetat, pluritatem personarum esse in unitate substantiæ diuinæ. Nō est quod pertinet hic Deum consultasse cum angelis, aut cum terra, nam postea subiungit,

git, ad imaginē Dei factus est homo.

Ad imaginem nostram.] Hic simul exprimitur dignitas hominis p̄t omnibus creaturis, quod factus sit ad imaginē Dei, quā nulla creatura, adeo nec angelī gerūt, quāvis diuina p̄sentia, bonitas, sapientia, libertas, & potētia in illis perspicit, imago Dei tñ nō perspicit. Est ergo imago Dei singulare qddā ita ut cæteræ creaturæ dicant uelut imago dei, homo aut̄ solus dicas imago Dei.

Lec. 10

Lapsus angelorum.] Certum est ex scripturis sacrīs, magnam partem angelorum ab origine sua ē cœlo delapsam esse & immutatam in Satanam, quando autem ceciderint expresse cōmonstrari non potest, nisi quod doctores

Questio- & seorsum Athanasius scribit, ange-
ne 10. los lapsos esse ante creatum hominē.

Causam aiunt fuisse superbiam & cōtemptum erga Deum, & inuidiam erga hominē.

Sap. 2 Obiectum fuisse hominem creandū, ad imaginē Dei, uidelicet

Cet ad hæc uerba Dei offēsos fuisse &
corruiſſe, cū dixit Deus: Faciamus ho
minē ad imaginē & similitudinem no
strā. Quod consiliū & uoluntatē Dei
approbare p superbiā nō potuerūt, q
homo ultima creatura ex terra, infima
& crassissima mūdi parte creata, gere
ret imaginē Dei, diuinā illā maiestatē
quæ sibi ut primis & nobiliissimis crea
turis magis deceret & cōueniret. Indi
gnū, q corporea creatura incorpore
is, terrena cœlestibus, ultima primis p
ferretur, quæ dominaretur in oēs crea
turas, adeoq; angelos, id approbare
nequaquam uoluerunt, sed consulte,
obſtinate, præfracte & hostiliter con
tempserunt. & calumniati sunt consi
lum & uoluntatem Dei, ideoq; corrū
erunt. Nam absoluta iustitia Dei non Similiū
permittit ut creatura iam recens fa exemplū
cta, calumnietur sui creatoris ab æter de Saule
no meditatum & præfinitum consili et Davi
um, sed uult ut omnia reuerendissime de
ober.

obediant & subseruant ei. Nam quid
esset magistratus in repub. pater fami-
lias in familia, rector in schola, &c. si
à suis subditis contemneretur, nec es-
set suarum rerum potens? Ita quid es-
set Deus creator, si ex arbitrio suarū
creaturarum uiueret, & faceret? Lapsi
itaq; sunt isti angeli seu spiritus, ellen-
tialiter, & localiter: Essentialiter mu-
tati sunt ex bonis in malos, ex sapien-
tibus in cacodæmones, ex obedientiis
bus in peruersos satanas, & diabo-
los. Localiter lapsi sunt non extra mū-
dum (nam extra mūdum nihil est, nec
ullus locus est) sed lapsi sunt è caelo
infernus ad inferna, ad centrum mundi, quē lo-
cum terra aërc; circunscribunt, in lo-
co, præter locum, contenti & constricti.
Et catenis tenebrarum, ministratorijs
tamen spiritus permissi ad tētandum
& puniendum, quantum Deus permi-
serit. Is lapsus est irrecuperabilis, nam
Satan consultò & uolūtarie peccauit,
Iob. 1 &

& perstat sua sententia, nunquam pœnituit nec poenitebit, quod se uoluntati Dei opposuit, & porrò semper opponit, ideoque iudicium eius est æternū & inexpiable.

Et creauit Deus hominem.] Damnatis superbis spiritibus , angelis , Deus suo proposito perstat & pergit,cuius uoluntati nemo resistere potest , nec detinet,nec oportet,ut qui est optimus, sapientissimus,& omnipotēs,creat hominem de terra , in quo ponat imaginem suam,& decoret:summo honore præ cæteris omnibus creaturis, & tandem ab infirmis, à terra subleuatū, collocet secum supra omnes creatureas, decoret eterna uita et beatitudine. Modus autem creationis sequenti capite uberioris describitur,hic tantum summari complectitur. Creat autem hominem non ad implendum locum laporum angelorum. Homo autem secundum theologos est ultima creatura.

I. Basilius.
ta

ra Dei corporea, rationalis, gerens i-
magine Dei. Secundū philosophos
est animal rationale, seu mentem ha-
bens. De imagine Dei est uaria diuersi-
orum scriptorum definitio, alijs ani-
mam rationalem esse putant, alijs ratio-
nem, alijs uitam æternam, alijs cognitio-
nem Dei, innocentiam, iustitiam, &c.
Augustinus uult esse memoriā, intel-
ligentiam, & uoluntatem. Alij uolunt
esse bonitatem, sapientiam, & liberta-
tem cōiunctim & inseparabiliter, que
omnia quamuis sunt partes quædam
imaginis Dei, non tamen conficiunt
integral definitionem imaginis Dei,
nam illa omnia etiam angeli cum ho-
mine habent communia, attamen non
gestant imaginem Dei. Vulgus putat
esse formam faciei nostræ, cum certi-
tum est Deum esse spiritum & non ha-
bere proprie membra nostri corpo-
ris, nisi quæ ipsi metaphorice attribui-
untur, ut manus, pedes, oculi, os, &c.
Post

Postquam de Deo proprio loqui non possumus, similitudinarie ergo & metaphorice uel imaginatiue loqui cogitatur. Ut autem breuibus sententiam meam subiiciam. **Imago Dei** secundum superius recitata omnia, uidelicet secundum rationalem animam, uitam eternam, ueram, perfectamque cognitionem & cultum Dei, perfectum Theologico intellectum omnium creaturarum, se, gloria Philo cundum absolutam bonitatem, sapientiam & voluntatis libertatem, est **Imago diuina illa Maiestas dominandi, ad maius Dei.** nistrandi, regendi, fruendique libertas in creaturas soli homini attributa, nulli creaturæ, nullisque angelis concessa. Nam quotquot sunt angelii, sunt administratori spiritus, ut est Heb. i. Non habent potestatem in ullam creaturam, nisi quantum Deus iussit & permiserit.

Qui dominetur in pisces maris, in uolucres cœli, &c.] Atque illa imago Dei, illa quæ domi-

I a nandi

nādī maiestas, ē tātū relatiua ad certa
subiecta, ut in pisces, uolucres, animā
tia, herbas & arbores, quod proprijs
sime, dīserteç interpretatur David cō
inquit, Psal. 113. Cœlum cœli dominio,
terram autem dedit filiis hominū. Ho
mo non habet dominium in angelos,
solem, lunam, cæteraç astra, nisi quā
cum à Deo precib. impetraverit, quan
tumç Deus cōcesserit, ut in Mose, Ios/
sua, Elia, Esaia, &c. cōspicuum est. Et
quod interest inter imaginem, & rem,
seu substantiam ipsam, ut inter Cesa/
rem & Cæsaris pictam imaginē, item
inter faciem substantiæ, & imaginem
in speculo, idem interest inter Deum
& Hominem. Deus est infinitus et im
mutabilis. Homo est finitus (ratione
creationis) & mutabilis. Deus est ab/
solutus dominus. Homo ē relatiuus,
& positiuus dominus. Confracto spe
culo perit imago, non simul perit faci
es hominis. Causa est prætantior quo
libet

libet & suo effectu. Huiusmodi imaginem Dei gestasset homo in infinitū, & dum hic staret mūdus perpetua fusset confocietas Dei, hominis, & angelorum, iucundissimusq; usus creaturarum, earumq; uicissim spontanea & prompta obedientia erga hominē. Et post huius mundi finem, corporalis illa proprietas hominis uersa fuisset in spiritualem. Sunt autem proprietates corporalis uite, edere, bibere, procreare, passibilem, mutabilem, localem esse, &c. Proprietates autem spiritualis uite, sunt plane superioribus conuersa, ut non indigere cibo & potu, non procreare, impassibilem, immutabilem esse, non indigere loco, agilimum & subtilissimum esse. Hanc autem imaginem Dei, postquam homo per peccatum obscurauit, planeq; perdidit, ut omnium infra Deo uolente dicemus, eius loco delium. assumpsit imaginem satanæ, quæ est summa ignorantia Dei, irreuerentia,

impietas, inobedientia, malitia, caco-
damonia, prohibita libertas in ullam
uel minutissimam creaturam, atq; cum
his omnib. mori, hoc est perpetuo cō-
stitutum esse in æterna ira Dei. Hinc
iam apparet ineffabile illud beneficium
Iesu Christi, qui sua morte eam i-

Imago imaginem Dei homini restituit. Quia
Dei in uis quamvis realiter & absolute coram
tiata natu Deo est restituta, imputatiue tamen
ra homi per fidem est homini tributa. Et dum
nis credē hæret peccatum in natura, non potest
 perfecte, sincereq; perspici & usurpa-
 ri, propter peccati neuos & maculas,
 ideoq; est imperfecta libertas, imper-
 fectaque obedientia creaturarum, cui
 ius saltem adhuc umbra & prima li-
 neamenta restant conspicienda in Ma-
 gistratu, & matre nostra Ecclesia, in
 Apostolis dato spiritu sancto in die
 Pentecostes. Postquam autem iam in-
 uitato homine, non potest integrar i-
 mago Dei conspici, datus est nobis a
 Deo

Deo alius homo, nō uitiatus, sed perfectus secundum creationem Dei, in quo perfecta Dei imago relucet, et cōspici potest, qui est Iesus Christus, qui Col. 1.15 peccatum non fecit, & est imago Dei inuisibilis, in quo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter, quē qui uider, Deum patrē uidet, ut Christus ingt: Qui uidet me, uidet & patrē. Ad quā 10.14 imaginem recipiendam nos hortatur multis locis Paulus Ephesiorū quanto: Induite nouum hominem qui secūdum Deum creatus est. Colossenses tertio: Expoliantes uos ueterem hominem, cum actibus suis, & induite nouum, qui renouatur in agnitione Dei, secundum imaginem eius qui creauit eum. Gerimus itaq; utrancq; imaginem, utriusque hominis, terreni & cœlestis. Secundum uitiatam naturā, gerimus imaginem Adę terreni hominis, secundum fidem et agnitionē Dei gerimus imaginem cœlestis hominis

Christi. Si quis iam uult Deum perfecte cognoscere, Christum cognoscat qui est uiva & perfecta imago Dei. Si quis desiderat imaginem Dei habere, imitetur Christum. Perfecti igitur hominis & secundum Deum creati, tres sunt partes. Corpus, Anima, & Spiritus, tres substatię in una persona: Ut in diuina trinitate, tres sunt personae in una substantia. Corpus est substantia terrestris. Anima est substantia uitalis. Spiritus est substantia coelestis. In corpore habet anima, in anima habet spiritus, si accedit cognitio Dei. Anima uiuificat corpus. Animam uiuificat spūs. Anima sine spiritu mortua est coram Deo, quamuis aliqui mæ. est immortalis. Ideo inquit Christus:

Mat. 8 Sine mortuos sepelire mortuos suos. Anima cum corpore quiescit in morte. Spiritus uiuit apud Deū. Ideo fides mortui, dormire dicuntur non mori. **Co. 15.** Seminatur corpus anima
Ic,

le, resurgit spirituale. Credentis homi
nisi tres sunt partes, corpus, anima, &
spiritus. Incredulorum sunt tantum duæ,
corpus, & anima rationalis. Ideo incre- Rom. 8
duli dicuntur carnales, seu animales
& mortui. Credentes autem dicuntur
spirituales, à potiore sui parte. 1. Co. 2.
Animalis homo non percipit ea quæ
sunt spiritus Dei. Lapsus homo po-
tissimum suam substantiæ partem per-
didit, scilicet spiritum, & mansit tan-
tum caro, hoc est anima rationalis & Caro.
corpus. Inde ē quod inquit Christus: Ioan. 3
Quod natum est carne caro est, quod
natum est ex spiritu spiritus est. Ideo
Paulus appellat Timotheum & Titum
suos filios, quod eos genuit in fide &
in spiritu. Singulæ partes hominis ha-
bent singulas partitiones. Corpus ha-
bet sua membra, caput, pectus, uen-
trem, manus, & pedes. Anima habet
rationem, voluntatem, affectus, & sen-
sus. Spiritus habet cognitionem Dei,

fidutiam, timorem, & dilectionē, sed
uerum cultum Dei, summa habet ima-
ginem Dei. Inferior pars regitur à su-
periore. Si solum corpus est sine ani-
ma, cadauer dicitur. Si corpus & ani-
ma simul sunt sine spiritu, dicitur anima-
lis aut rationalis homo. Si corpus, ani-
ma, & spiritus simul sunt, dicitur spiritu-
alis homo, seu spiritus aut imago dei.

Ad imaginem Dei creauit eos.] Non sine
emphasi & magno spiritu idē Moses
repetit, ut nos diligēter admoneat no-
stræ originis, ad quā summis uiribus,
Col. i aspiremus. Quemadmodum Paulus
& 3 nos pluribus in locis hortatur, ut ue-
terem hominē exuamus, & induamus
nouum, qui secundum Deum creatus
est. Item ut induamus Iesum Christū,
qui est uiva imago inuisibilis Dei, in
quo habitat tota diuinitas corporaliter.

Mæculum & foeminam creauit eos.] Com-
pēdiosē omnia in primo capite, & ma-
xime

xime quæ ad hominem spectat, describit, ea in sequenti capite latius explicabit. Ita nunc ponit masculum & fœminam simul creatos, postea ordine recensebit Adam primum esse creatum, deinde Heuam, & ut cætera animata per sexum distinxit, singulorūq; par unum fecit. Ita quoq; humanū genus sexu discernit. Cæteras creaturas ut herbas, arbores, sydera non discrevit sexu, adeo nec angeli sexum habent. Herbe & arbores propagantur semi-
sexus.
ne, sydera autem & spiritus non procreantur. Sexus autē est animalis substantiæ discreta persona, aut masculini aut fœmini generis, utrincq; coniungibilis ad propagationem speciei. Quisque igitur debet esse suo sexu contentus, quia est creatura Dei immutabilis, secundum sexum, masculus non potest fieri fœmina, fœmina vicissim non potest fieri masculus, sed ut singulos creavit Deus ita sunt
&

& manet, debetque sui sexus officia obseruare, & in ihs Deo seruire, nec se opponere ordinationi Dei. Fœmina non debet cogitare aut dicere, ut innam facta fuisset masculus, virumque suum propterea despicere, & ordinationem Dei perturbare, quod perinde esset ac si latus obloqueretur figulo, quare ita mens singissimis Atque hinc sunt omnes ille lites domesticæ quod mulier vult esse viri, viroque recusat obedientiam quam debet, ut inquit ille: Semper habet lites alternaque iuria lectus, In quo nuptia facit minimum dormitur in illo. Honestæ autem & piæ uxores debet hinc commoneri, & sui sexus decorum servare, ne appellentur Doctor see mande quo intra Deo uolente plura audimus. Peccant quoque qui in partu magis affectant, masculinum quam fœminum sexum, quid hoc aliud est quam creationem & uoluntatem Dei non approbare? Peccant quoque qui contra crea-

creationem Dei et naturā suam uouēt
castitatē, tum masculus tum fœmina,
nolunt ullum habere sexū. Quid hoc
aliud est quām cū Deo , propriāq; sua
natura, perpetuū bellum gerere; nam
Deus mutat nec adimit sexum, & cu-
iusq; sexus natura suam proprietatē
adfectat. Vir est vir, & fœmina est fœ-
mina etiam si centesies uoueat castita-
tem. Et nisi Deus quēquam exemerit
singulari dono castitatis , certe serua-
bit pollutissimam et fœdissimam casti-
tatem. Nemo igitur uoueat quod non
est in sua potestate, & contra Deū su-
amq; naturā. Et si quis uouerit, bona
conscientia potest refringere uotum,
quasi per errorem cōmissum. Graui-
sime peccauerunt qui prohibuerunt
matrimonium, apertuerunt latissimam
fenestram multis nefandis sceleribus,
& inquietissimas cōscientias reddide-
runt. Paulus appellat doctrinam dæ-
moniorum, Satan nanc; calumniatur

Omnem

omnem creationem Dei, & suggesterit
hominibus incautioribus, & negligē-
tibus uerbum & uoluntatem Dei, fal-
sam opinionem in speciem plausibili-
rem, ac si dicat: Ecce in matrimonio
sunt nimis multæ, & uariæ molestiæ,
suaderem potius ut cœlibem uitam tu-
bi deligeres, & uoueres castitatem, ita
uiueres multo tranquilliorem uitam,
& posses ita commodius uacare pjs
1. Cor. 7 meditationibus, seruire Deo, & inten-
dere animum ad diuina, nam qui du-
xit uxorē curat ea quæ sunt mundi &
quomodo placeat uxori. Similiter mu-
lier quæ nupsit uiro, curat ea quæ sunt
huius mundi, et quomodo placeat ui-
ro. Hæc quidē dicta sunt de eo qui sen-
tit donum castitatis, si quis autem ex-
tra illud donum uouerit castitatē, con-
iūciet se certe in multa scelera & perni-
cula uitæ.

Benedixit. Crescite.] Post uerbum crea-
tionis, sequitur uerbū benedictionis,
faecun-

fœcunditatis & procreationis, quod fœcundat omnia animantia, omnesq; homines, nisi impedit morbus, aut donū castitatis. Quod qui apud se sentit potes, det operam ut procreet, sed legitime secundum ordinationē Dei, & pudice. Nam nisi lapsus fuisset Adam, omnes homines sine libidine, naturali appetitu procreassent. Eam originem pīj homines debent repetere, & eis se accommodare.

subiecte, Dominamini.] Hic iam primum describitur in autoratio Domini, & Maiestatis hominis creaturum ad certa subiecta. Dominamini inquit, non tyrannizate, benefruamini bonis creaturis Dei, in imagine Dei, quasi corporeus Deus. Econtra hic quoq; facta ē deditio creaturarū, quam sequenti capite latius describet Moses. Ecce q; elegantem domū, immo regiam aulā extruxit Deus homini,

&

& exornauit, quam uariam suppelle
etile & familiā apparauit, antequam
crearetur eius Dominus & Rex Ho-
mo, totus mundus est homini non se-
cūs quam exornata aula. Inde opinor
uō̄s μον, seu mundum appellatum esse.
Hactenus de creato & inautorato ho-
mine diximus, quæ non possunt pro-
sua dignitate satis magnifice explica-
ri, iam autem uidebimus quem & qua-
lem thronum Deus homini dedit, ter-
ram scilicet centrum mundi, in medio
mundo, quasi in media domo & aula,
quam omnes creature circumstant, &
circumeunt, ut deditissima & prōptis-
sima familia homo quasi quietus Do-
minus hec omnia regit et administrat.
Hoc simul quocq; animaduertendum
est, quod quamuis Deus homini om-
nia subiecit & dedit, non propterea se-
quitur omnia esse propter hominem
creata. Deus siquidē omnia fecit pro-
pter seipsum, & omnia seruiunt ei.

Ecce dedi uobis.] Quām discreto ordi-
ne facta sunt omnia. Postquam crea-
uit Deus & in auctorauit hominē, iam
quocq; subministrat cibum, eumq; iam
ante apparatum, quem dat Deus, &
homo percipit. Ecce prouidentiā Dei
de creaturis suis & maxime de homi-
ne adeò nihil est tam minutū animal-
culum crēatum à Deo, quod non sua
bonitatē nutriat. Omnia expectāt abs **Psal. 104**
te ut des illis escam, in tempore oportū **Psal. 145**
tuno. Oculi omnium in te sperant Do-
mine, & tu das illis escam in tempore
oportuno. Aperis tu manū tuā, &
implēs omne animal benēdictiōe. Dā
te te illis colligunt, & omnia imple-
tur bonitate. Qui producit in monti-
bus fœnum, & herbā seruituti homi-
num. Ut educas panem de terra, & ui-
num lātificet cor hominis. Ut exhila-
ret faciem suam in oleo, & panis cor
hominis confirmet. Qui dat escam o-
nni carni, & iumentis escam ipiorū,

K &

& pullis coruorum inuocantib. eum:
Hæc debent uos ad certam fidutiā ad
Deum de uictu admonere, ut qui de-
dit animam & uitam, dabit quoque cibum.
Fides. De his omnibus nihil erat Ad-
Mat. 6 solicitus, ut nec hodie ulla animalia,
sed Dominus ex sua bonitate procu-
rat, & suppeditat. Ideo inqt: Ecce pre-
ter curam, sollicitudinem, & prouiden-
tiam uestram dedi uobis cibum. Bone
Deus, ut inam hæc possemus cernere,
adeò nihil deesset nobis, uitam deges-
remus in perpetua latititia, extructa, et
procurata sunt omnia. Domus (totus
mūdus) est ornatissima. Poēnu & pro-
ptuaria omnia sunt refertissima. Obis-
ter obserua cibum esse tantum medium,
quo nos deus conseruat. Solum uer-
bum Dei est, quod nos & omnia crea-
uit, nos & omnia sustentat. Cibus au-
tem est eius uerbi medium, seu uisibile
uerbum Dei ad sustentandam uitam.
Ideo, inquit, Moses & Christus Mat. 5
Non

Non in solo pane uiuit homo, sed in
omni uerbo q̄ procedit ex ore Dei.
Quo ablato cib. nihil sustētāt. Verbū
sine cibo, ubi deē cibus, solū sustētāt,
ut in Mose, Elia & Christo, extāt exē
pla, cibus autē ubi contēnitur p̄sens,
contemnitur & excluditur quoq; uer
bū, & perit homo. Debet ergo cibus *psal. 104*
cum fide, & gratiarum actione sumi.
Inde est quod inquit David: Auerten
te autem te faciem tuam turbabuntur,
Auferes sp̄ritum eorum & deficient,
et in puluerem suum conuertētur. Hu
iusmodi cibus ex herbis, & arborum
fructibus, sine usu carnium & p̄isciū,
fuit hominibus, & animantibus com
muni s ab exordio mundi, usq; ad dilu
uium per 1556 annos tanti uigoris, ut
facile naturam hominis sustentaret, et
uixerunt homines quām longissime
plus minus ad 900 annos, q̄ fructus *Causa lon*
tunc erat maioris uirtutis, natura erat gioris hi
fortior & uiuator, & homines erant te,

temperantiores, magisq; cognoscebat
creaturarum naturam, usum & applica-
tionem, ideoq; non erant, tot mor-
bi & febres. De his aureis seculis qua-
si per auditum passim scribunt et fabu-
lantur poëtæ, maximè Quid. 1. Mer-
morph. Et ecce Deus dat primis par-
tibus cibum, sed nullas uestes, procul
dubio nullis indiguissent uestibus, fu-
issent solis & æstatis sequaces, ut alii
quædā aues, & animantia quæ migrat
cum sole. Aut caro hominis fuissent
frigoris patientior, cuius restat adhuc
uestigium in facie.

Et uidit Deus omnia quæ fecerat.] Est epilo-
gus omnium operū Dei per singu-
los dies, illudq; uidere adhuc & sem-
per permanet ad omnes creaturas do-
nec stat mundus.

Valde bona.] Breuiter & pro epilogo
repeto quæ supra breuiter annotau-
i. Omnia scilicet quæ creavit Deus esse
valde bona in natura, virtute, & origi-
ne.

ne. Nam quæcunq; Deus creauit tum
ex herbis, arboribus, astris, animanti-
bus, &c. singulis singulas naturas in
sua specie dedit, ad certum usum & fi-
nem, ad quem si applicantur sunt ual-
de bona. Quod autem nos quasdam
herbas, arbores, astra, & animatia ma-
la vocamus, improprius dicimus. Id in-
de fit, postquam omnium rerum natu-
ras non percognitas habemus, nec ap-
plicamus singula ad suum finem & u-
sum, secundum suas naturas, mala &
nociva fiunt. Recte ergo applicata ad
suum finem & usum, bona, cibus, &
Medicina sunt. Econtra applicata ad
improprium suum finem, contra suam Medicis
naturam, Venenum sunt. Est ergo Ar ^{na.}
tis Medicæ hoc præcipuum officium, Venenum
finis & beneficiū, rerum naturas per Ars medi-
quirere & debite applicare. ^{ca.}

Dies sextus.] Opera diei sexti sunt cre-
atio animantium terrestrium, hoc est
iumentorum, reptilium & bestiarum,

K 3 postres

postremo & hominis. His sex diebus
absoluit omnes suas operas, fecitque omnes substātias pariter corporeas &
incorporeas, uisibiles, & inuisibiles,
animatas, & inanimatas. Ita tandem
constitutum, & abſolutum est regnū
Dei corporale, uisibile, & temporale.
Tantum de primo capite Geneseos,
de sex dierum opere. Sequitur iam ca-
put secundum, de septimo die, de Sab-
ato Dei, & latiore explicacione pri-
mi capititis, et maxime de rebus, que ad
hominem spectant, quas hic tantū bre-
uibus perstrinxit.

Est igitur hęc brevis repetitio seu
comprehensio huius primi
capititis,

1. Die primo, creauit Deus materiam primam, massam cœli & terræ, hoc est aquas & terram in aquis, creauit spiritus seu Angelos, deinde lucem & tenebras, hoc est diem & noctem.

2. Die secundo, separauit aquas ab aquis, & creauit firmamentum, Cœlum.

- 3 Die tertio, produxit terrā ex aquis, & crea
vit Herbas & Arbores. (teraq; astra.
 4 Die quarto, creavit Solem, & Lunam, cœ
 5 Die quinto, creavit Pisces & Aves.
 6 Die sexto, creavit Animantia terrestria &
Hominem. Eodem die cecidit Satan, si cecidit ex ho
minis obicto.
 7 Die septimo (ut audiemus proximo capite)
Requieuit.

Eisdem appellations dierum reti
nere melius esset, ut simpliciter dicere
tur dies primus, secundus, tertius, ut re
dirent in memoriam singulorum die
rum creationes & opera Dei. Oboris
tur hic quæstio, Quare non fiat men
tio lapsus Satanae. Respon. Causa est
quod homo nesciuit inuisibiles esse
spiritus, nesciuitq; ipsum spirituum,
Nec reuelatur homini ut probaretur
sua voluntatis, & assensus libertas.
Nec necesse est hæc scire hominem,
quisq; curet res suas dili
genter.

C A P V T I I .



T *perfecti sunt cœli & terra.]*
Est continuatio, transitio,
& repetitio superiorū. Su-
periore capite tantum re-
rum capita posuit, breuiterç perstrin-
xit, hoc autem capite latius extendit,
& maxime quæ circa hominem facta
sunt. Ac si diceret; Sex his diebus crea-
uit & perfecit Deus cœlum et terram,
& omnem exercitum eorum, hoc est,
omnia quæ in illis continētur, omnes
creaturas.

Exercit⁹. *Et omnis exercitus eorum.] Metaphora*
tus. *est. Exercitus cœli sunt omnes angeli*
& omnia astra, Exercitus terræ simul
cū aqua, sunt omnes herbæ, arbores,
pisces, uolucres, & omnia animantia.
Omnes siquidē creature militat Deo,
ut exercitus summō imperatori, eius
que suffraganeo homini, imaginē dei,
quasi uisibili & corporeo Deo. Inde
Militia. *dicitur Deus, Dominus Zebaoth, E-*
fa. 6

sa. 6. Dominus exercituum. Psal. 11 8.
Omnia seruiunt tibi. Dicitur & militia
cœli. Esa. 24: Visitabit Dominus
super militiam cœli. Et 40. Qui educit
in numero militiam eorum. Hiere. 19.
Sacrificauerunt omni militia cœli. Itē
angelis dicuntur militia cœlestis. Luc. 2.
Et subito facta est cum angelo multi-
tudo militia cœlestis. Omnes creatu-
ræ sunt Dei militia, seu Dei exercitus,
in quo Deus est summus imperator.
Porro in exercitu sunt multi centurio-
nes, decuriones, &c. Ita in creaturis a-
liæ sunt alijs præstantiores quasi du-
ces, pfecti, & antesignani, ut inter an-
gelos sunt archangeli, inter herbas
sunt frutices, inter arbusta sunt arbo-
res, inter astra sunt sol, luna, & plane-
tæ, inter pisces sunt coeti, phocæ, del-
phini, sturiones, inter aues sunt aqui-
læ, gryphi, uultures, strutiones, inter
animantia sunt leones, elephanti, etc.
Inter hæc omnia secundum Deum est

K s Homo

Homo præstantissimus, adeò & corporeus Deus, quasi summus imperator.

Consummauit.] Omnia opera Dei sunt perfectissima, nihil deest quod adesse debet singulis, et sunt artificiosissime, decēter, & ordine facta, nihil ergo debet homo calumniari.

Requieuit.] Hoc est nihil ultra ab integrō creauit, sed creata iam contemplatur, ipsaq; in sua natura, uirtute & ordine obedientissima ut exercitus pergunt, & uerbum suum faciunt. Dominusq; semper adest, & operatur in ipsis, Ioan. 5. Pater meus usq; modo operatur, & ego operor. Dicitur igit̄ hic quiescere, & sabbatum agere à creatione nouarum rerum, Operari autē dicitur à conseruatione, & propagacione creaturarum, quæ fit tam sabbatis quam operarijs alijs diebus.

Benedixit & sanctificauit.] Benedixit Deus, diei septimo, quod in eo absolvitur,

rat, & perfecerat, omnia quæ intende-
bat facere, feliciterque omnia processer-
e-
rant, & absoluta coram oculis stabant,
preter solam angelicam substantiam,
quæ bona parte ab origine sua excide-
rat. Nihil ergo nobis debet esse mirum,
si non ex uoto omnia procedunt, aut
si bona proposita & intentiones non
per omnia perfecte respondent in esse
estu, cum Deo ipsi hic in primo et opti-
mo suo opere, nobilissima substantia
angelica intercidit, quæ de hinc omne
negotium, multasque molestias fecit, &
facit, adeò ut tandem Dei filio morien-
dum fuit. Similiter Christo ipsi conti-
git, cum in delectu Apostolorum ex
quibus unus excidit, & factus est Sa-
tan, quantumuis Christus Deus, om-
nes homines exactissime cognitos ha-
buit, & sciebat quid esset in homine,
Ioan. 2. Ab hinc igitur omnis inordi-
natio, & administratio Dei habet su-
um Satanam.

Prima or - Sanctificauit.] Præbuit hic Deus Ho-
dinatio mini(imagini suæ) specimen totius ui-
Dei. tæ sue carnalis. Sex diebus operaretur
 colendo terram, & gubernando crea-
 turas terrestres, septimo autē die quie-
 sceret ad contemplationem operum
 Dei & suorū, ideoq; sanctificauit, san-
 xit, & statuit ad contemplationem, &
 ad refocillationem. Est ergo potissi-
 mus finis diei sabbati quiescere à suis
 carnalibus operibus, & intendere ani-
 mum ad contemplationem operum
 Dei. Ita ut sex dierū opera essent phi-
 losophica, & corporalia, septimi au-
 tem diei requies, esset theologica, &
 spiritualis contemplatio, Omnia ad
 cognitionem & cultum Dei faciētia.
 Ad eam originalem ordinationē Dei,
 debemus nostra corporalia sabbata
 reuocare, uidelicet quiescere ab operi-
 bus corporalibus, & uacare pietati,
 docere aut audire uerbum Dei, con-
 plari oculis & animo opera Dei om-
 nia,

Sabbati
causa fi-
nalis.

nia, de creatione, redemptione, & sanctificatione, Deinde colere Deum timore, fide, & dilectione, Postea erum pere in laudem & gratiarum actionem.

Istae sunt generationes cœli & terre.] Est breuis repetitio superioris capititis, ut faciat sibi occasionem ad latiorem descriptionem hominis.

Non pluere fecerat.] A creatione herbatum non pluerat usq; ad creationē hominis, sed uapor ascendens irrigabat terram, hoc est rorida nubes aut ros irrigabat (quod 70. wnyū fontem trāstulerunt) nam terra iam recēs emersa ex aqua, adhuc erat satis humida. Itē obserua pluuiam esse Dei opus & donū. Deus dat & retinet pluuiam quando uult. Deut. 28. Leuit. 26.

Nec erat homo qui coleret terram.] Hinc apparet Mosen superiora breuiter repetere, ut per occasionem ad copiosiorem hominis descriptionem perueniat.

creatos, ergo æquum est nos eundem
niam. Nam in superiore capite descri-
psit creationē hominis, hic inquit nō
dum esse creatum hominem.

*Et formauit Dominus Deus Hominem, ex hu-
mo terra.] Est narratio latioris descri-
ptionis hominis, primum à materia,
deinde à partibus. Omnia hæc referen-
da sunt ad opera sex dierum, nihil e-
nim ab integro fecit Deus post septi-
mum diem seu sabbatum. Formauit i-
gitur eodem die quo creauit sexto scil-
licet. Non tantum dixit & uerbo fe-
cit, sed etiam dicendo, manū, digitos,
que admouit, quod significat singula-
rem Dei diligentiam, operam & studi-
um in formando homine, in quo po-
neret imaginem suam, in quo absolu-
ueret opera sua, quem poneret Do-
minus omnium creaturarum, in quo
lateret sublime mysteriū diuinitatis,
& in quo cōiungeret cœlum & terrā,
uisibilia invisibilibus, corporea incor-
poreis,*

poreis, terrena cœlestibus, humana diuinis. Hominē inquit in singulari, nō homines. Quare Deus creauit hominem, & non simul multos homines, ut simul omnes angelos. Resp. Consiliū dei arcanum & inscrutabile est, ideo facile p̄t permittimus scrutari, nisi quantum licet permittente Deo, uidelicet unum creauit hominem ut essemus unius patris filii, uniusq; Dei populus, ut cum genere propagaretur, mutua dilectio et pietas, quoniam si recensimus genus nostrum, usq; genus gene talissimum, uidemus nos unius patris esse filios ergo nos omnes esse in vicē fratres, ideoq; quilibet homo dicit proximus meus. Hoc aut̄ cōseruat concordiam, & dilectionem, ne quis alterum p̄t se contemnat néue se p̄ferat & superbiat. Hæc debemus diligenter meditari, & meminisse. Similiter si recensemus originem creationis nostræ, uidemus nos ab uno Deo esse creas,

unum Deum colere, eius nos esse populum. Ea si diligenter prædicata, & meditata fuissent, certe prohibuissent omnem & ualde diuersam idololatriam. Postquam autem sumus unius patris filij quotquot uixerunt, & uiuimus in orbe, qui sit ergo quod ita belligerimus, mutuo Turcæ & Christiani, Papistæ & Euangelici, &c. Respon. Causa est, quod quamuis sumus unius patris filij, tamen non sumus unius Dei populus. Turcæ quamuis eundem Deum creatorem colunt, sed falso, nō tamen eundem Deum Christum Dominum colunt. Papistæ quamuis cum Evangelicis eundem Christum confitentur, non tamen admittunt solius Christi officium et opus salutis nostre, sufficiens ad salutem. Item omnes harreni quamvis nobiscum eundem Deum confitentur, attamen eiusdem Dei uerbum adulterant & distorquent contrariogiam fidei. Inde illa odia, contensiones;

tiones, & bella. Duplex ergo est odium, divinum et diabolicum. Divinum est quod zelo Dei pro uero Deo fit, ut Matth. 10. Qui non odit patrem & matrem, &c. propter me, non est me dignus. Item Psal. 138. Perfecto odio oderam illos. Diabolicum odium est rebellare Deo, uerbo Dei & populo Dei. Psalm. Odio habuerunt me gratias. Mat. 5. Beati estis cum oderint uos homines propter me.

Adam.] Hominis Etymologiam deducunt ab רָבֵד rubricauit rubuit rubicundus fuit. Inde nomen רָבֵד rubicundus, rutilus. A quo רָבֵד cognomen *Aedom.* Esau totiusq; suæ terre & gentis, Gez Gen. 25: nesis 25. Hinc רָבֵד terra, humus sub *Adam.* rufa. Inde רָבֵד Homo, à materia scilicet rubicunda terra. Item & אַדְמָן saguis dicitur propter rubedinem Græci οὐρανός, uulgo conuersum, quasi conuersam arborem capite quasi radiis sursum, brachijs & cruribus, quasi

L ramis

Socrates ramis deorsum uersis radicatum sum
sum in cœlo. Alij ab ἀνθρώπῳ ἀπόστολῳ
apud Pla quasi contemplans quę uidit, quod so-
tonem. li competit homini præ cæteris anima-
Budeus. tib. Alij ab ἀνθρώπῳ sursum uergens
animo & meditatione ad diuina. Laci-
ni Hebræos imitati Hominem ab hu-
mo, unde et humanitatem deduxerūt,
quamvis Perottus aliter sentit.

De puluere terra.] Hebræus textus ha-
bet: Formauit Deus hominem, pul-
uerem de terra, quasi sit appositio. Se-
ptuaginta autem reddiderunt: Forma-
uit Deus hominem, puluerem accipi-
ens de terra. Est materia hominis ab
altera sui parte, corpore scilicet. Quia
rat aliquis. Quare Deus de terra crea-
uit & non potius de nobiliore mate-
ria, ut solis aut firmamenti, cum nobis
lissima futura erat substantia inter cre-
aturas. Respon. Ita Deo placuit in fa-
ma exaltare & alta humiliare, ut an-
gelos. Qui locus similiter nos admor-
net

net humilitatis & modestiae, ne superbiamus, aut alios præ nobis contemnamus, postquam sumus de eadem massa & materia, quin alios quantumuis abiectos, debiles & deformes libeter recipiamus, nec exprobremus illis eorum deformositatem, & paupertatem, propterea Esa. iubet ne carnē nostrā ^{Esa. 58} despiciamus. Nihil habet formosus quod contemnat deformem: sanguineus, melancholicus: doctus, indoctus: nobilis, ignobilem, ex eadem quippe massa facti sumus omnes, eiusdemque patris filii. Quicquid autem præterea additum est, gratiarum ornamenta sunt, eaque accidentia, quæ possunt aut dari, aut adimi, si inde superbias, aliud præte contemnas, & male colloces, Dominus facile potest ex deformi formam facere, contra parua febris, aut morbus gallicus potest totam formam deformare, itē parua crux potest sanguineam ^{κρόσιψ} in melancholicā consertere.

L. 2. uertere.

uertere. Dominus facile ex principe
potest priuatum, & ex priuato , ad cō
& ex pastore regem, & prophetam fa
cere, egregiam illam tuam sapientiam
Ieuis maria potest auferre. Dona er
go gratiarum sunt tantum quādā or
namenta , quibus hanc luteam formā
decorauit, ut figulus ollam aliam alio
colore illinit, & pingit. Vt eae igit̄ do
nis tuis modeste , in omni submissiōe,
& timore domini , cōferç̄ ad propriū
suū finem & usum. Econtra ualde cō
solatorius hic locus est infimæ fortis
hominibus ne despondeant animos,
qui cogitent Deum eos sic finxisse,
& se habere clementem Deum . Huc
spectant multa loca scripturæ de cine
re seu puluere, quę admonent nos mo
destiæ & humilitatis, ut est Syrach. 10
Quid superbis terra & cinis. Item Ho
rat. Puluis & umbra sumus.

Et inspirauit in nares eius spiraculum uitæ.]
Hactenus finxit & formauit Deus
corpus

corpus ex argillosa, & rubicunda ter-
ra, nunc addit alteram hominis partē
Animam, diuinam illam, uiuam & cœ-
lestem substantiam, cuius præsentię et
operationis signum est spiraculū, seu
halitus per nares, Non quod halitus
ille sit anima, qui tantum est aér et cor-
poreal substantia, sed repræsentat præ-
sentem & agitantem animam in cor-
pore. Anima hominis pīj, seu origina *Anima*,
lis, siquidem est diuina, uiua, cœlestis,
æterna, nobilissima substantia, creata
ex nihilo, altera & potissima pars ho-
minis, infusa corpori per totū corpus,
habens mentem, rationem, liberā uo-
luntatem, affectus, et sensus per certa
sua membra & organa corporis. Sepa-
rabilis autem an inseparabilis à cor-
pore sit, in utrāq; partem disputatur,
postquā ab utrāq; parte sunt testimo-
nia scripturæ. Quod sit separabilis pa-
tet ex 3. Reg. 17. ubi inquit Elias: Do-
mine Deus meus, reuertatur obsecro

L 3 anima

anima pueri huius in uiscera eius. Ni
si ibi animam pro uita & agitante ani
ma intelligas. Contra quod insepara
bilis, liquet ex Psal. 151. Non derelin
ques animam meam in inferno, &c.
Sunt qui aiunt animam creatam esse,
ex diuino spiritu quasi de certa mate
ria, ut corpus ex terra, Augustinus au
tem negat. Sunt qui tres partes homi
nis faciunt, corpus, animam, & spiritum
ut Paulus 1. Thes. 5. & ut anima est ui
ta corporis, ita animæ uita est spiritus,
qui si discesserit, mortua est corā Deo
quantumuis uiuat sua uita. Animalis
uita hominis, est naturalis, & rationa
lis, habens uoluntatē, affectus & sen
sus. Spiritualis, est ipsa cognitio, &
cultus ueri Dei. Ut corpus est capax
animæ per sua membra & organa, ita
anima est capax spiritus, per mentem
& rationem quæ est diuinum illud lu
men, diuinusq; oculus Deum uidens,
si illustretur per spiritum. Sola igitur
ratio

ratio discernit inter hominem & brus-
tum, quod tantum cernit corporeis o-
culis corporalia. & regitur tantū sensi-
bus, & affectibus. Spiritus autē discer-
nit inter animalem & spiritualem ho-
minem, inter pium & impium. Ita mi-
rabilissimus ille Deus noster in homi-
nis creatione coniunxit cœlum terræ,
corporea incorporeis, uisibilia inuisi-
bilibus, suprema infimis. pereuntia x-
ternis, ut æterna substantia pereantē,
æternam redderet, terrenā cœlestem,
corporalem spiritualem. Totus si qui
dem mundus cœlū & terra, certo suo
tempore peribit, excepta ea parte ter-
ræ unde factus est homo, quam spiritu
aliis anima secum subuehet in cœlum,
ubi cum anima uiuet coram Deo in x-
ternum, cuius exēpla in Enoch, Elia,
& Christo perspicimus. Ita Deus ab-
soluit creationem hominis, quē con-
stituit Dominum omnium creatura-
rum. Quis potest hæc satis pro sua di-

L 4 gnita,

gnitate mirari & explicare? Ecce fru-
stulum terræ decorat Dominus sua fa-
cie, & maiestate, & constituit Domi-
num super omnes creaturas. Sed ne
sublimitas dignitatis nos ad superbiam
eleuet, terra nos admonet humilitatis.

Et factus est homo in animam uiuentem.] He-
braismus est, qui promiscue appellat
animam uiuentem quicquid per se ag-
it, uiuit, & mouetur, ut Homo & bru-
ta, hoc tamen interest inter Hominem
& brutum, quod bruta tantum uidet
oculis corporeis corporalia, et regun-
tur sensibus & affectibus. Homo autem
præter corporeos oculos, mentis ocu-
los habet diuinos, quibus Deum, diuina
& incorporea cernit, & regitur non
tantum affectibus, & sensibus, sed ra-
tione regitur et regit. Homo anima di-
citur à potiore sui parte. Item anima p
uita sumitur. Matth. 10.

Plantauerat.] Omnia referenda sunt
ad opera sex dicrum, non quod nunc
ab

ab integro plantaret & consereret, i-
deò per præteritum plusquamperfe-
ctum reddenda sunt, plantauerat scili-
cet die tertio cum creauit herbas & ar-
bores easdem simul plantauerat & or-
dine collocauerat. Ita porrò quisq; si-
bi hortum plantasset ex omni genere
herbarum & arborum.

Paradisum.] Paradisus græcis hortū
significat, uidetur imitatue dictū esse,
quia Hebrais פֶּרַגְס quoq; hortū sig-
nificat, hic autem ἡδός ponitur quod idē
significat. Est autē hic hortus in quo
sunt omnis generis herbe, arbores, a-
rves, & animātia, ejusmodi hortū por-
rò conseuisset & plantasset sibi quisq;
paterfamilias.

In Eden.] Diuersæ hic oboriūtur quæ
stiones an olim fuit, an sit adhuc, et u-
bi sit aut fuerit in terra paradisus. Pa-
radisum olim fuisse in terra certum est
ex ipso Adam qui fuit in ipso paradi-
so. An sit adhuc, incertum est, cōmu-

ni consensu uolunt ex culturæ neglig-
gentia redactum esse in deformem so-
litudinem, quia Adam positus est eius
cultor. Item postquam diluvium tulit
& deformauit totum orbem terrarum,
uolunt paradisum simul esse submer-
sum. Quod quidā aiunt extensem fu-
isse paradisum usq; ad regionem Lu-
næ uanum est. Quod autem Christus
inquit ad latronem: Hodie mecum es-
tis in paradiſo, metaphorice dictū est,
pro statu innocētiæ, in quo fuit homo
in paradiſo antequām lapsus est. Eo/
dein sensu accipiendum est, quod in/
quit Paulus se fuisse in paradiſo. Vbi
sit, aut ubi fuerit similiter incertū est;
postquām aditus eius prohibitus est
& clausus, hoc tamē certum est, fuisse
certum aliquem elegantissimū excul-
tum locum ad orientem, fortasse ad
aut circa, aut intra Taurum montem,
quem locum quidam uolunt Eden fu-
isse proprie uocatum. Alij Eden inter-
pres

pretatur uoluptatem, propterea uox
hebreæ Eden relinquitur sine interpre-
tatione propter uariam opinionē. A-
lij putant paradisum dictum esse totū
orbem terrarum, postquam illa quatu-
ore eius flumina ferè totam terram per-
fluant, aut maxime dum eorum fluui-
rum fontes ualde, nimiumq; distent.
Sed si tota terra fuisset paradiſus, quo-
modo ergo Adā potuit et eijs ex pa-
radiso? In ea persto sententia, paradi-
sum fuisse amoenissimum quendam lo-
cum in terra ad orientem, cuius amoe-
nitas in solitudinem, post eiectum ho-
minem redacta est, cuius uia & aditus
clausus & amissus est, et in diluvio pe-
nitus submersus est. D. Mart. cui sub-
scribo, sentit paradiſum eodem loco
fuisse, ubi fuit terra promissa, & circa
quacq;.

Ad orientem.] Referendum est ad eum
locum in quo fuit Moses dum hęc scri-
psit, in deserto uidelicet illi fuit Eden
ad orientem.

In quo posuit quem formauerat.] Omnia referenda sunt ad diem sextum. Posuit, scilicet quasi Dominum & cultorem paradisi. Quidam uolunt Deum fecisse Adam, extra paradisum, nihil est opus istis argutijs, sed phrasis hoc loco est, de dominio Adæ in paradiſo.

Produxitq[ue] Dominus Deus de terra omne lignum pulchrum &c.] Hæc referenda sunt ad diem tertium, in quo creauit herbas et arbores. Hic autem repetit maxime propter eas duas arbores circa quas magnum erat negotium homini.

Pulchrum ad uidentium, & suave ad edendum.] Duo prædicat de arborum fructibus, quod essent pulchri & suaves, ut pulchritudo excitaret appetitum, & excorsiō lēdi studiū. Ita Deus uoluit hominem in naturali agere uoluptate cum exercitio corporis tamen, quia erat cultor horti, ita est amoenissima uita, quæ exercitatur decenti corporis exercitatio ne, quæ semper habet bonum appetitum

tum edendi, & conseruat ualetudinē.
Lignum etiam vite.] Lignum pro arbo-
re hebraismus est, ut est Psal. 1. Duas
arbores singulatim nominant, Vitæ,
& Scientiæ, quod circa eas summæ res
hominis uersabantur, & quod iam ex
oleuerunt. Arbor Vitæ, hominis con-
seruasset integrum ualetudinem, & ra-
dicale humidum quod nunquam con-
ficeret senio, rugis, canis, nullatq; cor-
ruptionem, sed in perpetua et integra iu-
uenili aetate permāsisset, quamdiu hic
sterilis et mundus, aut quamdiu in hac
carnali uita uixisset, usq; dum perfun-
ctus huius uitæ officijs assumeretur in
cœlum, in spiritualem illam & æternā
vitam, fuisset plane Medica arbor: ut
inquit August. lib. 14 de ciuitat. Ci-
bus aderat homini ne esuriret, potus
ne sitiret, lignum uitæ ne illū senectus
dissolueret. Arbor autem scientiæ bo-
ni & mali, dicta est per anticipationē,
à rebus consecutis postea, non quod
eius

ei⁹ fructus esus dedisset illam scientiam, sed quod ad illam arborem expertus est, quām bonum esset in Deo eiusq; mandato permansisse, contraq; malum est in eius præcepti obseruatio & obedientia non conquieuisse. Nam ea arbor non ad edendū nata & data erat, sed ut ad eius arboris cōspectum reminisceretur homo Domini Dei sui, qui creauit eū, quiq; ipsum cōsunt arbo stituit Dominum omnium creaturā, res uitæ et ut ita semper proficeret in maiori cogitatione Dei, nēue Dominio insolescet, superbiret & contemneret Deum ut Satan. Fuit etq; ita hēc arbor plant theologica, et sacramentalis, ut elegatissime dicit August. In cæteris lignis erat homini alimentum, in illo autem sacramentum. Nec putandū est, quod tantum hæ duæ arbores solæ in ea specie mansissent, sed sicut aliarum specierum arbores se propagassent. Ita uel quilibet homo paterfamilias, in quoib;

bet suo paradiſo seu horto habuiffet
huiusmodi arbores. Eheu ex quāta fe-
licitate excidit homo.

*Et fluuius egrediebatur de Eden.] De his
fluminibus inter nullos scriptores cō-
uenit, nullīq; definitiue & proprie ali-
quid scribunt, causa est, quod flumina
illa quæ non reddimus non possumus
in eundem fluuium, fontemq; reduce-
re, propter nimiam distantiam fontium.
Vnde alij alias coniecturas faciūt, aut
totum mundum pro paradiſo accipiē-
dum esse, aut esse alia flumina quām
nos reddiſſus, aut diluuiio disturbata
esse. August. ait quorundam eorū flu-
uiorū fontes eodem loco cum alijs ex-
ordium habere, sed per uenas subter-
raneas in remotiora loca erūpere, ut
Nilus ille & Ganges. Solus Nilus ni-
miam illam discrepātiā facit, quem
Augustinus uult esse Gihon, qui Ni-
lus certe notior Mosi & toti Israēli in
Aegypto fuit, quām ut esset dubio &
pere-*

peregrino nomine appellandus. Gen. 41. & Exod. 2. tantum appellatur flumen. Isa. 23. נִירֵשׁ nomina^t. Si ac ciperetur pro Indo in India tunc melius consonaret. Sed non libet er dicit po à maioribus meis. Cogimur hico re omnes fateri nostram ignorantiam, nam textus deducit flumina ab illo flumine, > ab uno fonte, id iam demon strare nequaquam possumus, nisi put remus diluvium ita disturbasse fontem, & distraxisse flumina. De geminis ita est diuersa scriptorum opinio, maxime de bdellio בְּדַלְלָה ideo in medio res linquo & referto omnia ad interpretationem. D. Mar. in Genesim. Ecce quā elegantem adornauit Dominus Deus homini locum, ubi bene disposita & uirida sunt omnia, contra iam nos malumvis habitare loca arida, ex ligno & latere constructa & Palatia, cū tantum domus, sunt hominis receptacula, contra frigus, astum, pluuiā, ad nocturnam

Eturnam requiem, ad educādam sōbo-
lem olim erant cauernæ, dehinc papi-
liones, tabernacula, magalia.

Posuit in hortum Eden.] Quasi Dominus
omnium creaturarum instituit, quoni-
am hortus ille seu paradisus contine-
bat omnes creatureas illas, quibus do-
minaretur homo.

Vt coleret & custodiret.] Ab officio ho- Colere,
minis. Aliud est colere paradisum, ali-
ud est colere terram, cultura paradisi
fuisse plane delectabilis, et uoluptua-
ria, nullus labor quin meræ delitiae, ut
plantare, propagare herbas & arbo-
res, & ex his percipere fructus, indis-
gent enim secundum creationem etiā
cultura ne promiscue crescant. Crea-
tio, et incrementū dare, est solius Dei,
cultura autē est hominis. 1. Cor. 3 Ego
plātauī, Apollo rigauit, Deus autē in-
crementum dedit. Alterum officiū ho-
minis ē custodire hortū, non à noxijs
animantibus quoniam omnis creatu- Custodia
re.

M ra

ra Dei bona est, sed custodiret quan-
propriam suam ditionem, cuius ipse si-
bi fines circumscriberet propter po-
steritatem, quæ sibi ipsi porrò propri-
os hortos plantaret. Eius rei imago ē
adhuc quælibet regio in qua rex est,
quasi Adā in paradiſo, cuius filii sunt
oēs sui subditi, cui duo negotia demā-
data sunt, uidelicet ut colat cultura bo-
næ administrationis & regiminis, &
custodiat quasi suum. Inde illi regio-
num limites adhuc seruantur. Ita pro-
priū tenere ab ipso Deo autore & ab
exordio mūdi cœpit, et Dominus sua
lege confirmauit, cum uetus furtū fa-
cere, & cōcupiscere aliena. Ut autem
hic locus sit nobis usui, quisq; cogitet
suam uocationem, suumq; proprium,
esse suum paradiſum, quem sat agat co-
lere & custodire.

[Præcepitq; Dominus Deus Adamo dicens: de
omni ligno horti comedendo comedere.] Est pri-
mum alloquium Dei ad creatum ho-
minem,

minē, uidelicet de libertate in omnes
creaturas terrestres, unde latius in su/
periori capite. Quod ingeminat co/
medendo comedere, significat absolutā
libertatem creaturarum. August. uult
Deum cum Adamo locutum esse hu/
mana forma & uoce, id probat ex ca/
pite sequenti, ubi Adam extimuit ad
uocem Domini deambulantis in para/
diso, eundemq; semper locutum esse
cum patribus, aut per angelos, aut so/
la uoce, sine humana et uisibili forma,
ut ad prophetas locutus est, ideo Ioā.
nes appellat Christum uerbum quod
ab initio cum patribus locutū est. Aut
locutus est per sanctos patres in mini/
sterio uerbi constitutos.

*De arbore autem scientie.] Soli Adamo Prima
data est prima Lex non dum facta He. Lex.
ua, ideoq; soli Adamo imputatur pec. 1. Tim. 2
catum. Adam uero est porrò huius le/
gis ad suam uxorem & omnes poste/
ros predicator. Ideo Paul. iubet mulie-*

M 2 res

1 Cor. res discere, & uerat prædicare seu docere in publico. Arbor scientia nō fuit secundum naturam, ut posset dare scientiam, sed secundum experientiam & relationem præcepti. Si seruaret obedientiam ad præceptum iuxta arborēm, experiretur quām bonum esset Deo obedire, Contra si transgressus fuerit, quām malum sit non obedire
Sūmus cul Deo. Solus ergo finis huius præceptū
hus Dei. & arboris fuit obediētia, quę est summus cultus Dei, nam Deus uult ab omnibus suis creaturis reuereri & coliri. Arbor ergo hæc sacramentalis fuit et plane theologica, ad cuius conspectū & præceptū reminisceretur Dei creatoris sui, haberetq; promptum obiectum meditandi & colendi Deum, ne libertate & Dominio elatus superberet, negligenter, & contemneret Dcū, ut angeli. Probat ergo Deus hoc præcepto & hac arbore libertatem uoluntatis hominis, ut ante probauit libertatem

tatem voluntatis angelorum (cum dis-
xit faciamus hominem) an uelit in Deo
manere, an à Deo se auertere. Ab hac
lege sumpsit Satan occasionem tētan-
di hominem, de peccato seu inobe-
dientia.

Morte morieris.] Est lata sententia, &
subnexum iudicium legis, quod Do-
minus non mutat, sed strictissime exe-
quitur, simulq; declarat seriam suā uo-
luntatem, de obedientia erga legem
suam. Nec solū inquit morieris, quin
geminatis uerbis exaggerat, & inquit
morte morieris, aut moriendo morie-
ris, aut moriens morieris. Est autem
Mors non tantum reductio corporis *Mors.*
in puluerem terræ, sed est perpetuus
sensus iræ Dei, pariter in corpore &
anima. Est corruptio, & perpetua im-
mutatio naturæ, quæ secundum animā
est æterna, idèo tota cōstitutio homi-
nis, pariter secundum corpus & ani-
mam est æterna, in eterna ira Dei, quę

M ; ueriss.

uerissima gehenna, perpetuusque ignis est, & summus cruciatus. Quæ pœna mortis necessario sequitur omnem naturam, quæ non permanent in Deo. Naturam ut in solo Deo est uita, felicitas, beatitudo, lexititia, integritas, Ita extra Deum nulla est uita, sed perpetua mors & horr or, infelicitas, pœna, tristitia, corruptionio & cruciatus. Alienat autem à Deo libera uoluntas auersa à uoluntate Dei. Itaque Adam alienatus per inobedientiam à uoluntate Dei, non redactus fuisset in puluerem terræ, sed ab ea die moriens mortuus fuisset in æternum, pariter cum anima & corpore inseparabiliter in infinitum in sensu æternæ iræ Dei, cuiusmodi mortem sentient damnati in iudicio extremo, & iniunctum.

Et dixit Dominus Deus: Non est bonum homini nem esse solum.] Horum uerborum causa & ratio proxime subnectitur, ubi Dominus homini adduxit omnia animalia,

mantia, inter quæ cum Homo uidit sin-
gula suum habere simile adiutorium,
te autem solū esse offendit. Dixit De-
us non esse bonum hominem esse so-
lum. Homo siquidem creatus est solus
ad imaginem Dei, ut quemadmodum
Deus est unus in essentia, trinus autē
in personis, sine sexu & procreatiōe.
Ita homo imago Dei per contra posi-
tionem unus esset in persona, trinus
in essentia, ut corpus, anima, & spiri-
tus, manerec̄q̄ ita solus corporeus De-
us omnium animantium, quæ præter
hominem, Deum nesciunt. Sed post
quam homo recensuit omnes creatu-
ras, uiditc̄q̄ cuiq̄ esse simile adiutoriū,
adfectauit sibi quoq̄ suum simile. Ide-
o dixit Dominus Deus: Non est bo-
num ut sit homo solus aut celebs, nō
conuenit naturę suę, tum propter pro-
creationem, tum propter tedium uitæ
solitarizę, quamuis satis sibi fuisset ne-
gotij in uita illa contemplativa ad De-

M 4 um,

um, & activa ad creaturas gubernandas, et ad colendum hortum, atamen homo naturaliter affectat sibi simile, & sociam uitæ. Alij aliam causam matrimonij necunt propter lapsum angelorum redintegrâdum. Hinc cerne, re est, quām grauiter peccauerit ille qui dum ex doctrina & suggestione satanæ hæc uerba Dei inuertit, cū ait bonum esse hominem solum, derogat matrimonio, diuinæ ordinationi, suū honorem, & instituit cœlibatum contra naturam, simulq; præbet multorū scelerum occasionem et libertatē, que coegerunt Dominum ad multas pœnas hominibus infligendas.

Faciam sibi adiutoriū quod sit coram eo.] Est periphrasis, epitheton & causa finalis mulieris ab officio, relatiuum ad officia hominis, quæ sunt cultura paradi, dominium in creaturas, & procreatio. Ad quæ esset homini adiutrix, nō principalis gubernatrix. Ideo solus vir

vir designat Dominus, & uxor post institutionem Domini facta est, obserua quod mulier & que singulari cōsilio, et instituto Dei creata sit atq; vir.

Formauerat autem Dominus.] Ratio & causa est superiorum uerborum Dei, & sequentis instituti operis de crea- da fœmina. Omnia hæc referenda sunt ad diem sextum. Postquam Deus crea- uerat hominem, & posuerat in paradi- sum, locum suæ ditionis, libertatemq; dederat, & legem obedientiæ prescri- pserat, iam porrò in magistratum & principatum creaturarū inauthorat, imaginem Dei in homine confirmat, uidelicet omnia animantia diuino suo instinctu, aut uisibili quasi humana p- sona adducit, ueluti subditos ad suum principem, ut eius imperio se submit- tant, ut ipsi soli quasi suo Domino ob- ediant & in eius uerba iurent. Ipse ui- cissim Homo omnium animantiū na- turas perfecta cognitione peruidetur,

& secundum eas ipsis nomina imponat, secundum quæ nominata & accepta promptissime obedient, sed ea legge & cōditione, si ipse homo prius obediatur legi Dei iuxta arborem scientię. Homo autem postea nō obediuit Deo, ideoq; animantia recusant obedientiam & profugiunt. Parua saltem relictæ est imago in domesticis animalibus. Et animalia cum facile uident et sentiunt homines paradisi & innocentia, pueros seu infantes, quibus se facile contrectari sinunt. Ecce quām elegantissimo ordine Moses omnia scripsit. Solus homo imponit nomina animalibus, ergo solus homo est secundum Deum, Dominus creaturarum, uera imago Dei, quam nulli angeli & porro nulla creatura gerit. Hic fit institutio principatus hominis & imaginis Dei. Piscium hic non fit mētio, quorum tunc non fuit usus nec commercium homini, nisi post diluuium.

Pro homine uero non inueniebatur adiutorium.] Recensitis per singula paria animantibus, tandem homo quæsiuit quoque suum simile adiutorium ad procreationem, quemadmodum cætera animalia habent, sed postquam non inueniebatur sibi, tunc ait Dominus audiente homine, non est bonum hominem esse solum, &c.

Tunc illabi fecit Dominus Deus sopore in hominem.] Iam sequitur narratio & descrip^{tio} creationis mulieris, quæ fuit ultima creatura Dei. Sopor hic non fuit naturalis nec nocturnalis, sed immensus à Deo, ne sentiret homo euulsio- nem costarum suarum, quoniam homo dum est in carne, est passibilis.

Tulitque unam ex costis.] Mirum quod nō doluit, aut ad minus non sensit euulsonem, & euigilaret. Homini nihil disoluisset in origine quod secundū Dei voluntatem fieret, adeoque si totus homo fuisset imminutādus, Dominus subtilissi-

tilissimas manus & digitos habet.
Quicquid autem iam dolet, poena peccati est. Similiter Adamo nouo, Christo, dormienti in cruce, facta est sibi sua Heua, coniux, mater nostra, Ecclesia, ex latere eius. Costa carnea viri, est materia mulieris. Ideò dicitur os ex ossibus, & caro de carne viri secundum materiam, diuersus tamen homo secundum formam & sexum. Inde est quod Paulus appellat mulierem carnem & corpus viri secundum materiam. Virum autem caput mulieris, propter maiorem autoritatem & præcellentiam. Ita uoluit Deus naturalem esse amorem & sympathiam inter maritum & uxorem. Idem Deus operatur inter omnes coniuges, dormiente viro ædificat Dominus ipsi coniugem, nobis nescientibus nihil curantibus, nihil adiuuantibus. Dominus educat nobis mulierem usq; ad iustam etatem, tandem bene exornatam, nobis excitatis & euigilantibus,

bus, ad amorem coniugij adducit. E,
contra ut Heua communicat cum A,
dam de omnibus bonis, & possessio-
nibus suis, inuenit paratam domum,
mundum elegantissime exornatū, o-
mnia parata, & suo ordine collocata,
& suæ potestati subdita, ita quæc u-
xor participat cum marito de omni-
bus bonis suis, inuenit paratam do-
mum & bona, seruos & ancillas, &c.

*Clausit carnem pro ea.] Vir in uxorem
sua non nihil roboris, fortitudinis, au-
thoritatis, & constantiæ amittit & cō-
cedit mulieri, ut possit una secum age-
re. Ita Christus de sua diuinitate, iusti-
tia, & authoritate cōtribuit uxori sue
Ecclesiæ, ut secundum ipsum habeat
gubernandi & administrandi potesta-
tem. Nec tamen ideo Adā diminutus
& mutilatus est, sed permanit utique
integer homo. Vnde prolixæ Lyra. L
ta Christus utiqz p̄manet integer Chri-
stus. Sic uir manet utiqz uir, quamvis
de.*

de sua authoritate non nihil concedat
uxori, tantum cautio est ne nimium si-
bi uxor arroget. Modum seruare ra-
tissimum est.

Aedificauit.] Hebraismus est, profet-
cit, formauit, aut constituit, alij ludati
in etymologia quod mulier sit aedifica-
ta quasi domus, in qua sustentetur &
educentur filij. Coste mentio designat
omnes circumstantias & officia, uide
licet quod uxor non sit sumpta nec a
capite, nec a pedibus, sed a praecordiis
ex latere, ergo nec sit Domina, nec sic
serua uiri, non sit ad caput, nec ad pe-
des, sed ad latus hoc est sit socia uiræ,
& ex corde dilecta. Hęc scire & obser-
uare ab utraq; parte ualde commodū,
& necessarium est, et utrinq; sui officij
& decori admonet. Tam exactam de-
scriptionem fœminarum cæterorū ani-
mātium, nusquam posuit Moses (nec
opus fuit quoniam sponte suum offi-
cium faciunt) ad monendos nos, ne
uxors

Uxores nostras propter suam imbecil
itatem & causam lapsus male tractes-
mus aut repudiemus , quod frequens
fuit ludis, & quod hodie rarissime in-
ter uirum & foeminam conuenit . Ecō
tra ut & mulieres admoneantur suæ
originis et officij, ne quid authoritatis
præsumant in uiros , unde & Paulus.
1. Cor. 14. Ephes. 5. & 1. Timot. 2.

Adduxit.] Hæc est prima constitutio
sancti matrimonij , ubi Dominus fœ-
minam uiro adducit, copulat, & bene-
dicit, & est primus author Matrimo-
nij. Dominus non facit, creat multas
foeminas, sed uni uiro , unam fœminā
adducit, & adiungit, ergo quisq; uir su-
am habeat uxorem , quæq; mulier suæ
habeat maritum , admonet quoq; un-
de et à quo petenda sit uxor, à Deo sci-
licet, ut inquit Solomon : A Domino
est prudēs uxor. Adam creatus est in-
tegra x̄tate apta ad coniugium, simili-
ter & Heua. Ergo uir egressus adole-
scens

scentiam, aptus est ad coniugit& & sentit suum, crescite. Mulier item. Vir nō debet ducere uxorem, nisi Dominus adducat & copulet, hoc est non debet accipere uxorem, aut se copulare extra matrimonium. Igitur ad matrimonium contrahendum tres requiruntur

Partes. personæ. Vir, Mulier, & Dominus copulans seu eius minister. Est ergo matrimonium legitima & perpetua (dum sunt in hac carne) vir & mulieris conjugatio, Domino per suum uerbum & ministrum copulante, ad propagacionem generis humani.

Hoc est tandem os ex ossibus meis, &c. —] Est gratulabunda exclamatio præ nimio gaudio quæsitæ, & cupidæ sociæ, quæ somno expergefactus uiderat, quem adfectum quisque apud se sentit, si quis quærerit, & inuenit in Domino uxore.

De maledicentia. Os ex ossibus, & caro de carne, est periphrasis eiusdem substantiæ, consperata muliere statim uidit per suam absolutionem

solutam cognitionem esse de sua substantia. Ergo mulier una cum viro est particeps imaginis Dei, habet easdem partes quas vir habet animam & corporis, nisi quod solo sexu, & authoritatis gradu differunt. Mulier est post legem & institutionem principatus facta. Ergo solus vir sit porro legislator seu doctor, & principatum tenet. Vxor sit tantum adiutorium viri. Hinc apparet ceterorum animalium formellas factas esse ex matribus suis, quos Deus ex terra creauit ut hominem. Alij sic redduntur, hac uice facta est mulier ex viro, quod porro nūquam fiet, sed vir ex foemina generabitur.

Vocabitur virago.] Nomen est à maternitate & generositate mulieris, Ab hinc usque in perpetuum dum manet hæc ordinatio Dei mulier à viro suo nomine trahit. Ab שָׁׁוֹר à viro virago, aut uira. Et ut וְאַמְּנָה medium literam admittit & apponit in uicti (in fine tamen)

men) aliam $\pi\psi\pi$ Ita vir nō nihil de me
dia sua authoritate concedit mulieri,
quasi confociæ conforti & adiutorio
suo. Proprium nomen manet propter
regenerationem, natuum autem no/
men seu hereditarium, aut paternum
amittit in viro, & ex viro nomine reci/
pit aliud cognomen, quod est genia/
le, & generosum, nisi inuerso ordine
& cōmutatis officijs detur utrīsq; no/
men ignominiosum Doctor aut bru/
der Symon.

Propterea relinquit homo patrem & matrem.]
Genialis amor superat naturalem a/
morem singulari operatione diuina,
qua ita inflamat & conglutinat di/
uersos animos, in hac ordinatiōe. Re/
linquet scilicet ad longius cohabitā/
dūm, & adh̄erebit ad cohabitandum
cum sua coniuge. Alioqui utiq; praci/
pit Dominus, honorandos esse paren/
tes extra hunc amorem, & honorem,
Eph. 5 hic autē amor debet esse intimus. Vir
debet

debet amare, fouere, nutritre & defen-
dere suam uxorem, ut suum ipsius cor-
pus, quia est de suo corpore & carne.
Ita tamen ut in Deo sit summus amor,
præ quo etiam debet excludere uxo-
rem, parentes, etc. Gradus igitur amo-
ris sunt, 1. Dei, 2. uxoris, 3. filiorum, 4.
parentum, &c. Christus Mat. 19. inq[ui]t
Deum hæc uerba locutum esse, & Au-
gust. ait esse prophetiam Adæ quoniā Lib 2. cōs.
Adam & Heua ex nullis parentibus tra Man.
erant prognati. Paul. inquit sacramen 15.
tum (hoc est mysterium) magnū esse, Ephes. 5
quod singulariter Deus operatur in-
ter coniugatos, & signum esse coniu-
gij inter Christum & sponsam suam
Ecclesiam.

Erunq; una caro] Caro in literis sacris
ambigue sumitur, primum proprie:de
inde pro humana natura, ut uerbū ca-
ro factum est: tertio pro uitiata natura
hominis. Si secundum carnem uixeri
tis, moriemini. Hic autē sumitur pro

N 2 huma-

humanitate adhuc integra et sincera.
Erunt una caro, quasi unus homo, q̄a
sunt de eadē carne, nisi quod differat
sexu, p̄sona, & dignitate, erunt eius dē
sortis, fortunæ, sensus & sympathia.
Non inquit erunt unus spiritus, quia
in uita futura ubi corpora nostra erūt
spiritualia, non erit matrimonium, sed
erunt sicut angeli sine procreatione.
Significat quoq̄ indissolubile esse cō
iugum in hac carnali uita. Adulteriu
& aliz causæ nunquam intercidissent
si mansisset homo in origine. Iam aut̄
adulterium dissoluit matrimoniu, quo
niam disrumpit carnem suo dissensu,
& alienat amorē. Huc iam refer illud:
Crescite & copule benedictionem ex
capite superiore quia huc spectat, &
est eiusdem temporis & historiæ. Ne
mo debet procreare nisi copuletur a
Domino, & audiant hanc uocem Do
mini, Crescite, quæ addit licentiam &
benedictionem, debetq̄ huius diligen
ter

ter meminisse cum fidutia in Dei mise
ricordiam, postquam non est in homi
nis potestate solum hoc crescere, sed
in Dei benedictione. Hoc, crescere, est
omnibus Adæ filiis & filiabus natura
liter innatum, nisi fuerit ademptum sin-
gulari dono aut morbo. Ideo nemo
debet se ab illa sua nativa inclinatio-
ne excludere, ne agat contra Dei mā-
datum, & incurrat grande periculum,
aut committat detestabilia scelera. Hic
iterum conspicue doctrinæ dæmonio-
rum, quæ uotis constrinxit homines
ne obedirent Deo, & aperuit fenestrā
multis flagitijs, & de hinc causa fuit
malarum conscientiarum.

Et fuerunt ambo illi nudi homo & uxor eius et
non erubescabant.] Nuditas illa significat
synceritatem & innocentiam, man-
sissentq; ita semper nudi, nec erubui-
sent inuicem omnes homines, si man-
sissent in sua syncera, & originali in-
nocentia, fuissentq; solis & æstatis se-
N ; quaces,

quaces, ut iam aliquot uolucres, &c.
Aut fuissent astus, & frigoris pacien-
ciores, ut cætera animalia cuius adhuc
uestigium restat in facie nostra. Nulla
fuit et lex carnis rebellens legi metis,
nulla ergo fuisset mala, intempestiuæ, &
indecens concupiscentia. Quod autem
iam mutuo erubescimus, est significa-
tio perditæ innocentie, uitiatæ natu-
ræ, & peccati Porro autem eius inno-
centia & inuerecundia qualiscumq[ue] i-
mago adhuc est in pueris. Ablato au-
tem peccato, & uitio naturæ in vita æ-
terna, auferetur quoque erubescencia,
erimus perpetuo nudi in perpetua in-
nocentia. Damnati autem obliuiscen-
& sancti obliuiscuntur uerecundia pre-
Epilogus nimio gaudio. Ecce quām diligentissi-
partialis. me & disertissime descripsit Moles hu-
mani generis originem, ut tanto dili-
gentius uos iam per Christum restitu-
ti redaspiremus, & reuertamur ad ori-
ginem

ginem nostram. Ab his secundum hi-
storiam reuertimur ad principium hu-
ius capituli, nempe his rebus gestis cō-
pletum esse diem sextum, & dehinc se-
cutum esse diem septimum seu sabbati,
quam (ut dictum est) cōstituit & san-
tificauit Dominus ad h̄ac sua opera
contemplanda, & diligenter meditan-
da, cū perpetua glorificatione & gra-
tiarum actione. Item quando hę crea-
turę sunt officium, scilicet crescere, &
procreare, & multiplicare pfecerint,
quod iuxta numerum, sex dierū crea-
tionis constitutū est, ita per mille mul-
tiplicando, ad sex mille annos stabit,
iuxta supputationem Elix, dehinc se-
querur æternus dies æterni sabbati, in
quo contemplabimur creatorem ip-
sum, & in ipso totam creationem &
omnes creature, ut nunc contembla-
mur Deum creatorē in creaturis, hoc
imperfecte, illud perfectissime. Item
contemplabimur, redemptorē ipsum

N 4 Chri-

**Epilogus
universa-
lis.**

Christum, & in ipso totum opus redē-
ptionis. Similiter videbimus sanctifi-
catorem ipsum spiritum sanctum, &
totum opus sanctificationis, absolu-
tissime cum perpetua glorificatione
& gratiarum actione. Ita domini præ-
sidio absolvimus duo hæc capita, quo
rum summa est de creatione, & abso-
luta omnium rerum origine. Primum
continet generalem creationem omni-
um creaturarum, & sex dierum opera
Dei. Secundum complectitur partia-
lem descriptionem, primum diei se-
ptimi, seu sabbati, deinde Hominis.
Sub cuius descriptione comprehendū-
tur omnes proprietates, & circumstan-
tiæ hominis, scilicet, Paradisus cum su-
is fluminibus et arboribus, maxime ut
æ & scientiæ, deinde Lex, proxime co-
stitutio imaginis Dei principatus &
maiestas hostiis in oës creaturas, po-
stea creatio Heux, postremo constitu-
tio & proprietas sacri Matrimonij, Li-
bes

tes autem quæ undequaq; incidūt, pri-
mum inter principes, hinc causantur
maxime, quod alter alteri suum hor-
tum, hoc est, ditionem, non permittit
liberum. Aut quod non gerit imaginē
Dei, erga suas creatureas, id est, subdi-
tos. Eden autem ab initio fuisset prin-
cipale regnū & monarchia totius mū-
di, dehinc singuli primogeniti singu-
los hortos sibi plantassent, & māsis-
set perpetua familiaritas & summa cō-
cordia. Nunc autem Eden exoleuit, ut
nec de nomine quidem, nec de loco qc;
quām certi reliquum sit. Eius monar-
chiæ iā reliquæ sunt imagines & uesti-
gia vir monarchijs illis quatuor, sed
nihil ad illam originalem monarchiā.
Porrò autem controuersiæ inter con-
jugatos hinc maxime oriuntur, quod
aut in uxorem suam, non ad latus, sed
ad pedes ponit, aut uxor non est con-
tentæ esse ad latus viri, sed uult sedere
ad caput, aut quod non uult esse adiu-

N s iutorium

iutorium ad regendam & alendam familiam, aut est de morbo sterilitatis, aut est de recusata fide in matrimonio. Ceteræ controværsiæ vulgares inter quos uis homines sunt, aut de dicto, aut facto, contra rectam rationem, contra honestatem, ueritatem aut æquitatem.

C A P V T . I I I .

Superiora duo capita uno claudebantur loco, & capitulo propositione de creatione omnium rerum, & maxime hominis. Quod sequitur caput tertium, duos locos principales continet, 1. de origine peccati, 2. de gratia. Origo peccati, causata est primum ab inuidia diaboli, secundo ab inobedientia hominis. Satana tentante & prouocante hominem, & homine consentiente ad eam inobedientiam erga legem

gem, Ut homo fuit obiectum Satanæ
ad suum lapsum, ita iam Satan accipit
occasione ab obiecto, ueritate arbo-
ris, ad labefactādum hominem. Quid
fit autem. Satan nō potuit sugerere,
seu inspirare in mentem hominis sine
sensibili obiecto hanc persuasionem,
nam tūc temporis erat homo integræ
bonitatis. Nunc autem potest Satan
suggerere mentib. humanis, quia iam
excidit ab illa integritate, & est infe-
ctus malitia Satanæ, oportuit igit̄ Sa-
tanam cum homine per personam lo-
qui. Creaturæ superiori licet uti crea-
tura inferiore, ideo Satan personat ser-
pente solertissimo, & familiarissimo
animali, ita duæ substatiæ sunt in uno
subjecto seu persona, id nesciuit synce-
rus homo. Ut ludit flatus hominis in
fistula, ita loquitur Satan per serpen-
tem & per oēs seductores. Legimus
duo animalia locuta esse, aut duos spi-
ritus per animalia, hic Satan per serpē-
tem

tem ad Heuam. & angelus bonus per
asinam ad Balam. Porro autem non
statim accedit ad ipsum uirum Adam,
circa quem habet summum rei negoti-
um, qui audiuit seriam uocem seriu-
luntatis Dei de lege, sed applicat ad
mulierem quae est facilior, leuior ad
persuasionem, quae non audiuit ser-
am uoluntatem Dei de sua lege, nisi
quantum a viro suo didicerat, queque
porro facile potest viro persuadere.
Postquam autem iam Adam cum sua
Heua perlustrauerat totum paradisum,
monstraueratque ei, & suis nominibus
appellauerat omnes arbores, herbas,
uolucres, serpentes, & omnia anima-
lia, reuertunturque in medium paradi-
sum ad interdictam arborem, de qua
perdocet suam uxorem, & diligenter
admonet ne transgrediatur legem Dei
ad illam arborem. ab his Adam non
nihil digreditur. Heua sola persistit &
conspicit interdictam arborem, mox
acce

Accedit erecto pectore serpens Satan,
solus cum sola loquitur, et maxime de
ijs rebus quæ erant utrisque in summa
meditatione. Satan de persuadendo
ad inobedientiam, Mulier ad Deum
erat intenta, quæ nam esset ea sublimi
or substantia, quæ sibi huius elegan-
tissimæ arboris usum prohibuerit, cui
percipit esse similimam, ut esset libe-
rior, ne quis esset superior qui aliquid
prohiberet, & absolutam libertatem im-
pediret. Ita Satan summa laborat inui-
dia. Mulier autem habet principia am-
bitionis, Satan circumserpit & blan-
ditabundam & intentam in arborem,
quæ erat pulcherrima & delectabilissi-
ma ad conspicendi, proculdubio sua
uissima ad gustandū, nisi obstareret lex
alloquitur de arbore, & quidem fami-
liarissime, ironice tamen, iocose, & cū
interrogatione extenuās seueritatem
præcepti, inquiens: Eia nūquid Dixit
Deus

Deus ne comedetis de omni arbore
paradisi. Non puto ut qui dedit liberi-
tatem omnium arborum, adeo omnium
creaturarum, hanc solam arborem ue-
taret, non est fortasse satis intellecta
sententia Dei, de hac arbore. Hinc ob-
serua omnes fallacias Satanæ, nam ea
dem est uia & ratio ad seducendum, q̄
citò tibi data est, quævis lex, tam cito
Satan tibi opponit obiecta transgre-
diendi legem, primum extenuat tibi fe-
ueritatem legis & uertit in focum. De
inde inuertit & confirmat contrariū,
cui si assentis, iam es captus, & toto
corde astuas ad transgrediendam le-
gem, exemplum de adulterio, idolola-
tria, incantatione. Ecce syncera natu-
ra hominis, nihil exhorrescit ad pra-
sentiam Satanæ, nihilq; expauescit ad
præsentiam Dei, nunc autem propter
uitium naturæ neutrū possumus sus-
ferre.

*Et dixit mulier ad serpentem.] Prima uia
est*

est ad persuasionem seu fallaciam, si
respondes, si te intromittis ad collo-
quium, euasisset, si tacita properasset
ad maritum suum. Sic expatiata Dina
oppressa est, &c. Maneat ergo mulier
iuxta uirum, & erit absq; periculo, aut
interrogata referat rem ad maritum
ut ipse respondeat. Ita tutissimum est
si incidas in suspectæ hæresis homi-
nes, ne quid ad opposita respondeas,
aut si cogaris respōdere, opponas cer-
tum Dei uerbum, de eo articulo, nec
intromittas te latius. Sed quæ nostra ē
stulticia, libenter disputamus de reb.
ambiguis, ut nostram ostentemus sa-
pientiam, stulticiam potius.

De fructu lignorum, &c.] Mulier scit le-
gē, edocta à uiro, ergo nulla est de ig-
norantia excusatio. Vir debet esse le-
gis & uerbi Dei doctor & interpres.
Mulier debet discere à uiro in silētio,
non debet porrò docere in publico, ut
inquit Paul. i. Cor. 14. & i. Timoth. 2.

Mulie-

Mulieres in ecclesijs taceant, nō enim
permittitur eis loqui, sed subditas esse
sicut lex dicit. Si quid autem uolūt di-
scere, domi uiros suos interrogent.
Turpe est enim mulieri loqui in ecclē-
sia. Causa colligitur ex hoc textu, &
ex promulgatione legis per primam
& præstantissimam mulierem Heuā,
nam aut addit, aut adimit aliquid legi
& uerbo Dei. Addit de suo: Ne tanga-
mus. Adimit seueritatem legis, cum in-
quit: Ne forte moriamur. Deus nō di-
xit dubitatue sed assertive: Morte
moriemini, hoc est uerissime & in et-
ernum morieris, Vtruncq; fallsum est
et struit uiam ad deceptionem, errore,
& lapsu, addere aut adimere aliquid
uerbo Dei. Addere aliquid supersticio
est: adimere, diffidentia, dubitatio &
contemptus uerbi est. Regia, mediaq;
uia incedēdum est, non declinare cum
ad dextram, tum ad sinistrā. Ideo præ-
cipit Deus Deut. 4: Nō addetis ad uer-
bum

būm quod loquor uobis , nec auferetis ab eo.

Dixit autem serpens ad mulierem : non moriēmini] Quām cito audiuīt Satā dubitationem et leuitatem mulieris de legē, statim subiungit contrariū, & plane inuertit uerbum Dei . Ea est indoles Satanae, & certissima eius nota , q̄ semper adducit uerbum contrarium, ut ita auferat prius & certius uerbum. Quid ergo faciendum ubi uerbū uero pugnat? Certius & prius est retinēdum, aut res est referenda ad doctiores. Tuta fuisset Hēua si detulisset hāc disputationem ad uirum suum. Similē disputationem & oppositionē habes, in tentatione Christi in deserto. Idem semper facit Satan, Deus inquit: Non est bonum hominem esse solum. Satā inquit, ualde bonum est hominem es semonachum, & celibem. Contrariū uerbum semper mendax est, aut ex proprio confictum est, aut ex uerbo Dei

O inale

male & impropre citatum. Satā mendax est & pater mendacij, cum ex proprio loquitur, mendacium loquitur. Adeo & omnis homo cum de suo loquitur, mendacium loquitur. Solus Deus uerus est, ergo secundum Deum, eiusq; uerbum loquendum est.

Scit enim Deus.] Contestatur & cōfirmit suum mēdaciū testimonio Dei ut facilius persuadeat. Aut. Scit Deus quod futuri estis Deo similes, si comedetis ex hac arbore, ideo uetus ne fieretis similes Deo, scientes bonū & malum. Hanc, perfectionem, sapientiam, & sublimitatē inuidet nobis Deus, hoc adhuc deest absolutæ libertati & sapientiæ uestræ. Ergo tantum cogitate & habebitis.

Aperiri oculos, phrasis est, pro cōsequi ueram scientiam ex experientia.

Eritis sicut Deus.] Hoc est: Geritis imaginem Dei, habetis omnium rerum libertatem, & scientiam, sed non absolutam

solutam adhuc quam habet Deus, nō
habetis libertatem huius arboris, nec
scitis bonum & malum, comedite er-
go & eritis, ut Deus liberrimi & sapi-
entissimi. Temperat se Satan ne sit ni-
mū mēdax, neve deprehendat dolus
eius, non inquit eritis Deus aut Dīs φ
elit credibile. Sed eritis sicut Deus aut
Dīs liberrimi, et sapientissimi. Alij uer-
tū in plurali, ut Satā simul subinspi-
ret idolatriā multorū Deorum.

[*Scientes bonum & malum.*] Solus Deus
scivit quām bonum sit manere in obe-
dientia, origine, maiestate, Dei gratia,
iusticia, innocentia & libertate. Econ-
trā solus scit quām malum sit non obe-
dire Deo, excidere ab origine, ab ima-
gine Dei, à gratia, à iusticia, innocentia
& libertate, in æternam maledictionē,
& iram Dei, in æternam mortē, & per
petuos cruciatus animæ & corporis,
in perpetuam servitutem, & contem-
ptum. Hæc scientia non est necessaria

O 2 Ho,

Homini ad beatitudinem, id est potuit
sua perfaci beatitudine sine hac scien-
tia, nec necessaria est omnis scientia
ad beatitudinem, ergo sufficiat nobis
ea scientia quam nobis concessit De/
us, si quis ultra tendit, incidit in haer-
ses, in errores, &c.

Vidit igitur mulier, &c.] Quam primum
intromisit in mentem illam levitatem
& extenuationem uerbi Dei, & Satan
plane inuertit seueritatem legis Dei
in iocum et nihilum, statim exardescit
cupiditas ad ueritatem, adhuc accedit pul-
chritudo aspectus, pariter & concipi-
scientia affectati iucundi & utilis, ita
ut nihil iam placet quam illa arbor.
Quod licet, ingratum est: quod non li-
cet, acrius urit. Nitimur in ueritatem sem-
per cupimus, & negata. Cum inquie-
rat bona arbor ad uescendum, & oculi
concupiscibilis, & desiderabilis ip-
sa arbor ad prudentiam comparandam,
scilicet ad prudenter agendum, ut possi-

set sibi cauere à malo, & amplecti bonum. Quid opus fuisset hac sapientia homini, cum nihil fuit in mundo mali, omnia quæ creauit Deus erant ualde bona, nisi quod transgredi mandatum Dei esset ualde malum, quod postea cognouit. Et certe qui in obedientia sua uiuit, nescit quam bonum sit obedi-
re, & nescit quam malum nō obedi-
re, nisi cum experitur inobedientiam.

*Tulit de fructu eius, & comedit.] Eò tan-
dem impellunt prauæ cupiditates, ut
tandem audeas, & experiaris, an con-
trarium uerbum sit uerum, non uis so-
liuero uerbo credere, nisi experieris
veritatem uerbi, per contrarium expe-
rimentum cum tuo magno malo, &
sic de omnibus peccatis. Satan exusci-
tat prauas cupiditates per obiectū ue-
titum, prauæ cupiditates impellūt ho-
minem ad ipsum factum, & sic perfici-
tur peccatum. Ita & Iacobus cap. i. ele-*

O 3 gantissi-

gātissime de processu peccati scribit:
Vnusquisq; uero tentatur à concupi-
scētia sua abstractus & illectus, dein
de concupiscentia cum conceperit pa-
rit peccatum, peccatum uero cum con-
summatum fuerit, generat mortem. L-
stæ cupiditates quamuis prauæ sunt, si
reprimantur à recta ratione ut non ad
opus ipsum se extendant, non reputā-
tur pro peccato, factum ipsum testat
peccatū. Et quamuis Heua comedit,
non tamen ideo lapsum fuisset genus
humanum, nisi ipse uir quoq; peccas-
set, nam uiro data erat lex. Si sola He-
ua peccasset et mortua fuisset in pecca-
to suo, aut dedisset suas poenas, nō ta-
men ideo contaminatum, & uitiatum
fuisset totum genus humanum.

Dedit quoq; uiro suo secū, & comedit.] Hęc
non leuiter facta esse puto, proculdu-
bio mulier uiro blādissimis uerbis per-
suasit, et legis severitatem extenuauis,
non esse eam sentētiā mandati, quā
sibi

sibi tam serio in animum induxit, nam
ecce ut rem demonstrem (dicit) ego co-
medi nec tamē mortua sum, ita nec tu
morieris, quamuis comedas, præterea
& serpens dixit nihil esse pericli ab ea
interminatione Dei quin omnia fore
multa felicia & perfectiora, nos fo-
re per omnia Deo similes, absolute li-
beros, & sapientes. Adam uidet suam
uxorem transgressam esse legem, nec
tamen subito sequi mortem, statim cō-
cipit ipse quoq; eandem animi leuita-
tem, dubium, & contemptum de lege
& uerbo Dei, ex ardescit cupiditas ad
uetitum, arridet bonum utilis & iucun-
di, titillat animum ambitio ut sit Deo
similis, absolute liber & sapiens, adfe-
ctat ueritatem, & non necessariam sapi-
entiam. Iam captus est, animus prola-
psus est, postquam admisit & per af-
fensem intromisit uerbum Satanæ, to-
ta mens, ratio, uoluntas, & affectus
prouocant ad ueritatum, non est iam sui

O 4 potens,

potens, uxor stat & comedit, iuitat
ipsum simul ad comedendum. Ecce u-
xor (cogitat) non moritur, non est for-
tasse tam seria sententia legis, quem/
admodum ego mihi persuasi, comedā
ergo ego quoq; experiar ueritatē, cer-
te non moriar, nec est benignus ille
Deus tam seuerus, qui propter unius
pomi esum, nos nobilissimas & cha-
rissimas suas creaturas mortificet &
extinguat, quod si extinguat moriar
potius cum uxore, quam ut uiuam so-
lus sine uxore, nec possum p̄x amore
uxoris recusare quod postulat, post/
quam aiunt, & serpens, & uxor esse si
ne periculo, pr̄terea Deus non adest,
nec uidet, nemo reuelabit, tecta & ta-
cita erunt omnia. Tandem accipit ob-
latum ab uxore pomum, & comedit.
Eheu uno illo morsu & bolo consum-
matur peccatum, excidium, labes, uiti-
um, & mors totius generis humani,
nam iuxta solum virum h̄esit rei sum-
ma,

ma, ipsi data erat lex, si abstinuerit A-
dam, nihil fuisset pericli. Nō expellit
principem Cæsar ex prouincia si pec-
cat uxor eius, si modo ipse seruat obe-
dientiam. Ab illius pomis adhuc o-
mnium filiorum dentes obstupescunt,
& ex eius succus acerbitate contractū
est uitium totius naturæ humanæ pari-
ter animæ et corporis. Et uere hoc pec-
atum dicitur lapsus, labitur namq; à Lapsus.
gratia ad iram Dei, à uita ad mortē, ab
imagine Dei ad laruum Satanæ, à liber-
tate ad seruitutem, à maiestate, domi-
nio, & principatu creaturarum, ad re-
bellionem (Nam eatenus subditi obe-
diunt principi, quamdiu princeps obe-
dit Cæsari.) Labitur inquam ab inno-
centia ad reatum, à iusticia ad iniustici-
am, à sapientia ad stulticiam, à perfe-
ctione ad imperfectionē, à uirtutibus,
ad omnia uitia. Labitur à Deo et ange-
lis, omnibusq; bonis creaturis, ad te-
rrimos dæmones, à cœlo ad inferos,

O 5 Hoc

Hocest uere quod sequitur aperitio
culos, scire bonum et malum. Atq; hic
lapsus non est tantum primorum pa-
rentum, sed trahit ruinā totius huma-
ni generis, nam hæc inobediētia, hoc
peccatum abiit primis parentibus in
naturam, in animam, & corpus, & in
omnes utriusq; partes, in rationē, uo-
luntatem & affectus. Item in omnia
membra corporis, & sensus, et quales
iam sunt tales, procreat filios. Ita per
Adam oēs nascimur peccatores natu-
rales, hoc est illa inobedientia aduer-
sus Dei uoluntatem, & ista inclinatio
ad malitiam, est nobis naturaliter in-
nata, & per consequens simul esse crea-
tus, iudicium Dei, et mors imputatur.
Hæc est maxima et detestabilis illa me-
tamorphosis, alteratio, & immutatio
hominis nobilissimæ creaturæ. Hæc
nesciuit homo, hæc oportuit adhuc
(proh dolor) cum maximo nostro ma-
lo discere. Eadem porro ē ratio, idēq;
modus

modus Satanæ ad persuadendum, & perpellendum quemuis hominem ad peccandum. Primum ponit obiectū, ueritum per legem, extenuat severitatem uerbi in mente nostra iam uitia, nos uicissim (nisi resistimus) sic cogitamus: Quamuis hoc scio esse ueritum à Deo, attamen non puto tam seruum esse Deum, ut propterea mortificet, & ad tartara deniciat, video plures idem fecisse & peccasse, attamen uiuere adhuc, & esse non minus felices, & quoniam ita me urget & impellit cupiditas, aut aliquando necellitas, ut resisterem, scio esse ualde benignum & misericordem Deum, præterea clam habeo nemo resciscet. Homo obiectū si intromittit ad sensus, sensus ad animum: animus, ad consensum: consensus, ad voluntatem: voluntas procedit ad opus. Ideo uerat scriptura uerita ne quidem conspicere, Syrachi. 9: Virginē peccatum ne

obiectū
sensus.

Ad se
lus.

Voluntas.

Peccatum.

ne conspicias , ne forte scādaliseris in
decore eius. Itē psal. Auerte oculos,
ne uideant uanitatem. Tantum de na-
ratione peccati quomodo sit consum-
matum, iam sequitur reuelatio pecca-
ti quæ est duplex: Prima est priuata et
occulta, & fit per conscientiam: Secū-
da est publica , fit per Deum aut eius
uerbum, item & per magistratum, per
concionatorem, Prior facit perisoma-
ta, id est, nectit excusationes, & tegi-
menta. Posterior habet apertam cog-
nitionem peccati, & secundum cogni-
tionem pronunciat iudicium. Nullum
est peccatum tam occultum quod nō
reueletur tempore suo.

*Prima re-
uelatio
peccati.*

[Et aperti sunt oculi amborum, &c.] Non
intelligendum est ac si ante a clausis ui-
xissent oculis, cum ante dictū est Adā
uidisse animalia, & Heuam cōspexit
se arborem , sed apertio oculorum est
hic uisus conscientia, cum post patra-
cum peccatum mens sibi male cōscia,
delicti

delicti magnitudinem, & horrendam
pœnarum & omnium malorum cōse-
quentiam peruidet, scilicet iam cōtem-
psisse, & exclusisse Dominum Deum
creatorem suum, excidisse à gratia, per-
didisse imaginem Dei, principatum in
omnes creaturas, sentiunt totam natu-
ram esse uitiatam, uident aliam legem
in membris suis rebellantem legi men-
tis suæ, colligunt sequentia, morbos,
pericula, damna, iram Dei, & æternā
mortem in se & in omnem posterita-
tem. Econtrà peruident quām bonum
fuisset in obediētia, in origine, in ima-
gine Dei, principatu omnium creatu-
rarum, in gratia Dei, in integra natu-
ra, & uita æterna permansisse. Cogita
quām consternata, perterrefacta, tre-
mula & conculta mens fuerit ambo-
rū, hoc est uere aperiri oculos. Hęc est
egregia illa sciētia quam promisit Sa-
tan. Ita cuiusq; hominis oculi aperimur
tur post commissum delictum, cuius
pœnam

pœnam iam præuidet mens sibi male
conscia. Ita Dauidi aperti sunt oculi
post oppressam Barsabæ.

Et cognouerunt quod essent nudi.] Cognitio nuditatis est sensus peccati, erubescientia & confusio metis sensus uitiatione naturæ, legis carnis, inordinatus & indecorus motus membrorum. Nuditas illa est despoliatio originis, imaginis Dei, iusticiæ, innocentia, & omnium honorum. Ita quilibet homo in magistratu, & honore constitutus, uidet suam nuditatem, & erubescit, propter suam inobedientiam exutus honore, maiestate, & imperio, qui antea reuerebantur eum, & erant obedientissimi, iam contènunt & ludibrio habent. Et uere dictum est: Homo cum in honore esset, nō intellexit, comparatus est iumentis.

Et consuerunt folia ficulneæ, & fecerunt sibi cinctoria.] Cinctoria faciunt ad tegenda pudibunda quæ indicabant inordinatum

cum motum membrorum, iam tegunt
quod alioqui decori fuisset, quod alio
qui fuisset nobilissimum membrū toti
us corporis, scilicet membrum gene-
rationis, iam sit ignobilissimum, & in-
dicat iam naturā hominis esse tales,
quæ omnino non propaganda, sed ab
olenda, & detestanda est. Ideo postea
Deus circumcisionem ad hoc mem-
brum destinavit. Cinctoria significat
quasvis excusationes & uelamina pec-
cati, quæ sibi singit homo, ante seriam
reuelationem Dei, ita Dauid quoq; te-
xit peccatum adulterij & homicidiij.

2.Re.11

Post adulterium, facit accersiri Uriam
ut ipse concubat cum uxore sua, ad
hac inebriat ipsum, ut accendatur ad
uenerem, quod cum iusta ratione recu-
sat, mittit ipsum in prēlium & adornat
per Ioab ut occubat, deinde accipit
ad se mulierem quasi honeste faciens,
qui sui ministri uxorem non uult deso-
latam, sed optime procurat. Purgatio-
nem

nem conscientiæ quoq; sibi parat coram Deo oblationibus, & sacrificijs. Ita quilibet sibi fингit excusatiōes delicti, querit opercula coram hominibus, coram Deo autē uult expiare peccatum uarijs superstitionibus, oblationibus & meritis. Sed hæc cinctoria, opercula, & perizomata corā oculis Deinihil tegunt. Omnia sunt nuda & aperta coram oculis suis. Ne autem putemus hos solum primos parentes ab illa arbore comedisse, sed nos quoque sapientius ab ea mysticæ comedere. Quamdiu enim quisquam manet in obedientia, tamdiu est in paradiſo, est liber & alacris dominus creaturarū, habet propitium Deum, quamvis nescit bonum gratiæ, utiq; tamen nescit malum inobedientiæ & iræ Dei. Sed quam primum quis transgreditur quodlibet mandatum Dei, comedit ab hac arte, & sentit amarum morsum & gustū turbatæ conscientiæ, propter suam iniobedientiam.

obedientiam, sentit iram & indignationem Dei, præuidet, expectat, & experitur interminatas poenas. Scit iam inquam bonum & malum, uidelicet quod bonum fuisset obediuisse & mansisse in gratia, sentit quoniam malum sit non obedire, circunferre malam conscientiam, metuere ab ira et poenis. Ita potest hic locus comodissime ire in proverbiū, ut quoties quisquam peccauerit, & est sibi de malo facto conscius, geritque turbatam conscientiam, uere dicitur comedisse de interdicta arbore, & scire iam bonum & malum.

Et audierunt uocem Domini] Hactenus de peccato, & peccati prima priuata, quae reuelatione dictum est, nunc porrò se quitur peccati publica reuelatio & confessio. Nam omne peccatum oportet aperte reuelari et confiteri, aut hic aut in futuro iudicio. Reuelans ira Dei de cœlo super omnem impietatem, & in iustitiam hominum. Ea reuelatio est uaria,

Rom. 1

P.

tia,

ria, aut per legis predicationem, aut per
poenitentiam, morbos, damna, aut per
magistratus tormenta. Non temere et
præcipitanter, iudicat & punit Deus,
prius audit & cognoscit causam, dein
de pronuntiat iudicium. Deus semper
deambulat in paradiſo, adest, & loqui
tur cum omnibus creaturis. Et uerbi
quod creauit, idem & sustentat omni-
nia. Porro vox Domini est uocale ver-
bum Dei in mundo. Ea fuisset perpe-
tua consocietas Dei, hominum & an-
gelorum, si mansisset homo in origi-
ne. Quod autem adhuc est vox Dei
in mundo, id sit ex beneficio & meri-
to Christi, dum stat tempus gratia, quo
finito, cessabit uocale verbum. Loqui-
tur autem secundo uento, ut possit tan-
to longius & latius audiri. Et quod in-
quit, ad uentum diei, significat certum
locum Dei ambulantis, & uocis eius.
Ita Deus adhuc & vox eius deambu-
lat in mundo certis locis, antea in alijs
mundi

mūdi plagis, deambulauit Deus cum
uerbo suo, nunc Deo gratia deambu-
lat in Germania Hunc locū uarie uer-
tunt interpres רְיוֹתָה יְהוָה ? aduētum
sēu auram diei, Septuaginta reddunt,
τὸν ἥλιον à meridie. Nostri uertūt post
vestum diei, & simul mysterium subes-
se indicant, postquam calor eius diei
peferbuerat, id est, post feruorem ten-
tationis, quæ sanè est urens æstus, ac
currit Deus ut refocillet. Quare nō ac
currit prius, ante tentationem & præ-
cauerat ab impostura Satanæ; Respo-
deo: Hæc perscrutari non est necesse,
nec sunt concessa, & sine periculo.
Possem dicere quod Deus dedit liber-
tatem, dedit rationem, deditq; certum
uerbum homini, adhæc se gessisset, si
quid diuersum occurrisset, retulisset
rem ad Deū, & ita Deus cauisset, Do-
lum Satanæ perdocuisset, & fuit et ci-
tra periculum. Dedit sapientiam homi-
ni que sibi sufficiebat, cætera scire non
P 2 necesse

necessitatem fuit, satis est homini Deum scire, & habere uisibilium creaturarū noticiam & usum, & obedire Deo in prescripto mandato, cetera non exquirat. Et postquam rei summa liget circa Adamā, non bene accurrit et in medio, iam decepta & lapsa Heua. Heua mortua fuisset in peccato suo secundum corpus & animam, non redacta fuisset in puluerem terræ, & mansisset utique cum Iux Adæ, nec creasset Deus aliā uxorem Adamo, nam post Sabbatum non creat Deus, si creasset non fuisset sabbatum Si non peccasset Adam, & Heua fuisset uitiata, tunc miserrimus fuisset status humani generis, mansisset procreatio, & mixtio utriusque naturæ integræ, & uitiatae. Homo non fuisset iustus & saluatus ex parte Heuar, nec fuisset mortuus ex parte Adam, ita ab utraque bonus & malus simul, uixisset & mortuus fuisset in æternum. Et an ea dixit Deus non esse bonum hominem

hem esse solum. Ita hic mori fœminā,
& manere Adam solum non est bo-
num. Quod autem permittit Adam
quocq; labi & peccare, et tunc accurrit,
id facit ex diuina bonitate, quod uult
simul lapsos simul erigere, ne lapsi, pe-
nitus iaceant & pereant desperabun-
di. Nam Adam adhuc habet tantum
principia mortis, & usq; magis tendit
ad mortem, est tātum adhuc in portis
inferni non in inferno ipso, de quibus
sapientius quarritur Dauid in Psal. Est si-
bi de facto male conscient, sentit iram
Dei, poenā pro peccato, sed habet ad-
huc suas excusationes, & perizoma-
ta, prius quām autem ueniat ad despe-
rationem, & odium Dei (quod eam ar-
borē interdixerat) que uerissima mors
est, accedit Deus. Dicat aliquis, for-
tasse ita uoluit Deus, nisi uoluisset, im-
pediuisset aut non permisisset. Respō-
deo: Deus non uoluit, quod si ita uo-
luisset, ergo fuisset autor peccati, et o-

mnes damnati reiacerēt culpam in Deum. Quomodo ergo posset Deus iudicare peccatores. Deus autem ex absoluta sua præscientia, præsciuit, sed non prædestinavit aut præordinavit, nec uoluit. Multum interest inter sciere, & uelle. Hæc profundiora sunt quæ possit humana imbecillitas perscrutari, & Augustinus uerat lumen illud in accessibile introspicere. Paulus tandem occlusus exclamat: O altitudinem divitiarū sapientiæ, & scientiæ Dei, &c. Idem nos dicamus.

Et abscondit se Adam & uxor eius.] Hæc scilicet à communī experientia possunt intelligi. Ut hic Adam, ita omnes peccatores fugiunt conspectum & uocem Dei. Cinctoria tantum tegunt coram oculis hominū, coram oculis Dei, omnina nuda & aperta sunt. Hinc propriè sime licet obseruare statum, & conditionem peccatoris. Quam diu homo est in gratiâ delectatur præsentia, uo-

ce, & uerbo Dei, uersatur in cōspicua
luce, nihil ueretur, quām cito autē pec-
cauerit, horret & fugit præsentiam &
uerbum Dei, male sibi conscius de fa-
cto, ut inquit Christus, Ioan. 3. Qui
male agit, odit lucem. Omnes peccato-
res sunt in eodem statu quo Adam fu-
it, & est adhuc remedium, si modo au-
diant & admittant medicabilem uocē
Dei. Qui autem perdurant, nec admit-
tunt primum correptionem, deinde cō-
solutionem Dei, sed perdurant in pec-
cato & desperāt de misericordia Dei,
tandemq; concipiunt odium Dei, illi
pereunt morte æterna.

*Et uocauit Dominus Deus Adam.] Vt hic
Adam ita Deus omnem peccatorem
reuocat per uocale uerbum, adeò soli
circa est de nostra salute. Idē Christus
fecit, qui cœlitus descendens quæsiuit
& reuocauit uos, quod elegantissima
parabola de oue perdita declarat. Ob-
serua processum iudicij Dei, primum*

cognoscit factum, deinde pronuntiat sententiam iudicij.

Vbi es tu?] Nō addit, Adā, Dura sunt hæc uerba in auribus Adam, & plane percellūt eius animum. Ac si diceret, Vbi es rector, custos, cultor, & p̄fes̄te paradisi, negligis officium tuum? oportet rectorem esse in medio populi sui. Ecce Deus hic est Dominus & uisitator generalis. Homo est rector & princeps prouincialis. Ad hæc uerba perhorruit Adam cum audiuit seruire. Et quoniam non potuit res Deum latere, cui nuda & aperta sunt omnia, Quo ibo à spiritu tuo, aut quo à facie tua fugiam? profert se, & respondet clamanti se Deo.

Qui ait: Vocem tuam audiui in horto, & extis-
mui, quia nudus ego sum & abscondi me.] Est
prima confessio culpæ, à signis, extis-
muit à uoce Dei, item fugit & latet, et
ego reus est, male sibi conscius est, pec-
cauit. Confiteatur se nudum esse, unde
hoc

hoes scit, nisi ex uetita arbore scientięc
Est ne iam nuditas mala & indecora
res, quæ fuit ante decoras? Qui nō pec
cat nihil ueretur, nihil tegit, nec refu
git, sed aperta fronte, sibi bene consci
us, & alacris uenit ad lucem, ut mani
festentur opera eius, quia in Deo fa
cta sunt, Ioan. 3.

Et ille dixit: *Quis indicauit tibi quod nudus es?*
[nunquid de Arbore de qua præcepit tibi, ut non
comederes ex ea, comedisti?] Ex prima con
fessione Adæ & ex ipsis uerbis collis
git signa Deus, quod Adam reus est,
& peccauit. Vnde scires hoc nudita
tis malum, nisi comedisses ex uetita ar
bore scientięc? Non fuerunt hęc leuia,
aut blanda, sed ualde seria & dura uer
ba. Contempsistime & mandatū me
um, conciliasti tibi iram meam, & mor
tem tuam.

Et dixit Adam: *Mulier ipsa quam dedisti mihi,*
ipsa dedit mihi de arbore & comedi.] Confi
ctetur rem ipsam ut facta est, & indicat

Se non consulto nec temere peccasse,
sed per mulierē persuasum, impulsum
& illectum esse, quibus uerbis obiter
se purgat, transfert culpam in mulie-
rem, & per consequentiam in Deum,
qui creauit & dedit hanc mulierem.
Quod si fuisset absq; muliere, nō pec-
cassem, in te redūdat culpa, Deus. Ea
est humana impietas ut peccato inobe-
dientiæ etiam addat peccatū blasphem-
iæ & expostulationis, & putat se be-
nè esse purgatum & excusatū. Quin
potius absolute confessus fuisset &
dixisset: O Domine peccavi, & dolet
me deliquisse, & quamuis uxor illexis-
set, non tamen indulsissem ei, quia ca-
put sum mulieris, ego repressissem u/
xorem, suadere potuit, cogere nō po-
tuit, quia liber & uir sum. Attamen mihi
Domine quoniam à me nō est ortum
hoc peccatum, nec ego consulto, sed
ex falsa persuasione deceptus deliqui,
precor te per tuam misericordiam, re-
mice

mitte mihi hanc culpam. Postquam au-
tem Deus audit Adam non esse auto-
rem & inceptorem huius delicti, sed
ipsum esse deceptum & falso persua-
sum ab uxore, pergit querere uxore,
ut exquirat authorem huius delicti.
Præbet egregium exemplū magistra-
tui & iudicibus, ne temere iudicent,
aut pro animi furore proruant ad poe-
nas, nisi prius audita causa.

*Et dixit Dominus ad mulierem: Quare fecisti
hoc? Quæ respondit, Serpens decepit me & come-
di.] Idem dicit quod maritus eius, & co-
fitetur ueritatem, transfert culpam in
serpentem impulsorem, & ita quasi fi-
nalis culpa redundat in Deum creato-
rem, serpentis, ac si diceret: Tua crea-
tura serpens me decepit, talis facis cre-
aturas, quæ ita decipiunt, & falso per-
suadent, & ad lapsum, ac delinuen-
tum probent occasionem, nam nisi fu-
isset serpens ego non peccasset. Hæc
est hominum impietas, ut etiam culpā
delir-*

delicti transferant in Deum. Quin potius ita dixisset, ô Domine peccauisti, & ego sum huius mali causa, quam quis serpens ad hoc peccatum suavit, cogere tamen non potuit, libera fui, & ratio maiorem habeo culpam, sed mihi Domine, postquam apud me non natum est hoc peccatum, nec ego primum statui in mente mea hoc peccatum, sed falso persuasa sum. Preco te per misericordiam tuam, remitte mihi hanc culpam. Dominus etiam ex hac confessione audit, non esse originem peccati in muliere, ipsa transfert culpam in serpentem. Serpens reus tacet, nullam absolvit excusationem. Ergo deprehendit originem peccati harrere in serpente. Ideoque secundum ordinem delicti, a serpente incipit dicere sententiam poenitentiam, & serpenti maledicit absolute nulla conditione gratiae adiuncta. Et prius quam conditionaliter incipit maleficere dicere hominibus, pronuntiat prius sententiam

tentiam gratiae & salutis, ut poenam cor
poralem, & temporalem tanto facilis
us ferant. Atque ea est huius loci sum-
ma, quod nullum peccatum quantum
vis occultum maneat tectum aut tacitum,
quin oporteat aperte reuelari, non
tantum coram hominibus, sed etiam
coram Deo, quod si non hic, certe in
iudicio extremo. Caveamus ergo sum-
mo studio a peccato, & resistamus omni-
bus intentionibus Satanae, certo
verbo Dei. Quod si autem lapsi fueri-
mus, & uox Dei nos uocet per uoca-
le uerbum, ut prodeamus & confitea-
mur delictum nostrum pura confessio-
ne, ita fiet ut inueniamus gratiam & re-
missionem peccatorum. Quod si autem
quod absit, indurati usque longius refu-
gerimus uocale, et uocans uerbum Dei,
periculum est, ut incidamus in perpe-
tuum odium Dei, in desperationem,
in iram Dei, in perpetuum infernum,
& mortem aeternam. Nam Adam adhuc
non

nō fuit in desperatione nec obdurate
tione, bene sperabat adhuc de bonita
te Dei, habuit suas excusationes. Idē
hortat David in psal. 95. Hodie si uo
cem eius audieritis, nolite obdurare
corda uestra. Item Christus Mat. 11.
Venite ad me omnes, qui laboratis &
onerati estis, & ego reficiam uos. Ob
seruabitis hic elegātissimum protel
sum iuris, primum audiuit causam &
explorauit authorem peccati, expen
dit quoq; circumstantias & qualitates
delicti & delinquentium. Dehinc pro
nuntiat iudicium, & erit iustissimus iu
dex. Haec tē de lege, peccato & mor
te, nunc de euangelio, gratia & uita.

Et dixit Dominus Deus ad serpentem: Quan
doquidem fecisti hoc, maledictus sis tu p̄e omni
iumento & p̄e omni bestia agri, &c.] Perqui
sito authore peccati nō querit latius,
sed iam pronuntiat iudicij sentētiam,
& secundum ordinem peccati, seruat
ordinem iudicij, & incipit a primo au
tore

tore peccati, maledicit̄ serpentem,
 & non tam serpentem quam sub ser-
 pente personatum Satanam, utique ta-
 men bona illa creatura Dei serpēs, su-
 stinet etiam has temporales, & corpo-
 rales maledictiones, quæ intelliguntur
 spiritualiter in Satana perpetuo per-
 manere, & transfert æternam illam ma-
 ledictionem æternæ mortis, ab homi-
 ne in hunc serpentem Satanam.

*Maledictus sis tu præ omni iumento, & præ
 omni bestia, &c.] Ideoq; serpens, est om-
 nium animantium abominatissimus
 & summe inuisus, capitaliterq; deter-
 status.*

Super pedus scu uentrem tuum gradieris.]
 Ergo antea erecto pectore incessit,
 nunc autem ab hoc horrendo iudicio
 deiectus est, ac si diceret: nunquā post
 hac erigeris spe melioris gratiæ, sed
 semper demissō, depresso, & despera-
 to uultu & animo serpes, quia consul-
 tus, uoluntarius, & pra fractus fuisti hu-
 ius peccati author.

Ter-

*Terram comedes.] Id est, nulli creati-
ræ eris potens ad utendum & uescen-
dum.*

*Omnibus diebus uite tuæ.] Est maledi-
ctio absoluta & infinita, non referen-
da ad serpentem eiusq; uitam, sed ad
eum qui sub serpente latuit. Satanæ
spiritus, spiritus habet uitam æternâ,
ergo Satanæ uita est in æternum male-
dicta, est periphrasis æternæ mortis,
nam uita sine gratia, & benedictione
Dei est ipsissimamors. Hoc est, eris in
æterna maledictione, senties perpetu-
am iram Dei in æterno horrore, &c.*

*Et ponam inimicías.] Ad literam quo-
que uerū est, quod quilibet homo quic-
uis serpentem non minus odit, fugit,
perse quitur, & occidit atq; Satanā ip-
sum, ipseq; serpens semper hominem
ut abiuratū suum inimicum fugit aut
ledit, idq; utrisq; & homini & serpēt
naturaliter innatum manet ad perpetu-
tuam huius rei memoriam. Non quod in*

in singulis serpentibus Satan sit, aut nulli serpentes herbas, flores & fructus comedat, ut aliae bestiae, aut quod propterea serpens mala creatura Dei sit, sed sunt & que ut aliae bona creaturae Dei, sed relatione hominis serpentes mali sunt. Secundum spiritualem intellectum, inquit Deus, ponam inimicarias inter te & inter mulierem. Tu mulierem seduxisti, unde causata est calamitas totius humani generis, id est ope e contrario ponam perpetuas inimicarias inter te & mulierem, ipsa mulier omnino homo pro hac seductione, capitali odio te prosequetur ut suum concentissimum hostem, & disturbatorem suae felicitatis, illud est odium est uerissimum signum poenitentiarum, quod ex animo derestatur peccatum & que ut auctorem peccati. Illud est odium seu inimicarias sentit adhuc omnis Christianus.

*et inter semen tuum et semen eius.] Detis
Q. loqui*

loquitur hic ad Satanam quasi ad serpentem, quoniam Satan erat serpente personatus, nec uoluit esse Satan. Ide oꝝ semen eius appellat omne genus dæmoniorum. Nam ex huius Satanae summa & prima superbia nati & facti sunt, omnes dæmones. Ita & porro omnes impij sunt semen Satanæ, & nascuntur ex eo. Et inquit, inter Christum & Satanam fore perpetuas dissensiones, & bella, nunquam cōueniet inter eos. Satā per suos satellites semper spargit mendacium, errores, hereses, sectas, ut seducat, labefactet, & perdat homines. Christus contra docebit ueritatem, reducet ab errore ut saluentur.

Inter mulierem.] In Hebræo est πώπον
hic non est articulus genitiuus, sed
emphasim significat quasi fore præstā-
tem aliquam fœminam non tam leuē,
ut hæc Heua. Deus generaliter loqui
uidetur de aliqua muliere olim futura,
non de hac præsentí Heua, quāuis He-
ua

ua de se fortasse intellexit, & de suo primogenito filio, ut postea de Cain nato sese exponit. Ideo & Satan ipse ita intellexit, ideoç Cain instigat ad homicidium, & Abel iustum curauit extinctum Huc respicit D. Paul. cum inquit ad Gal. 4. Christum natum esse ex muliere. Hebrei indifferenter της mulierem, & uxorem appellant, obiterç declarat Deus hanc foeminā forte legitimam coniugem seu uxorē, at tamen virginem, ut postea clarius iudicat. Vt Heua simul virgo & cōiux. Et ut Satan superuenit in Heuam, ita spiritus sanctus superueniat in virginem matrem nouam nuptā. Et ut Heua ex spiritu malo concepit & peperit peccatum, ita Maria ex spiritu sancto concepit & peperit solē iusticiæ Christum. Semen apud Hæbreos est generis masculini, obiterç innuit fore masculum semen mulieris, quoniam uiro ēndæ imputabatur peccatum, ideo o-

Q 2

portuit

portuit masculum esse hominem qui
expiaret hominis peccatum, Fortasse
hoc consilio. Septuaginta $\sigma\pi\epsilon\rho\mu\alpha\tau\eta$ ad
diderūt masculinum relatiuum $\alpha\tau\tau\circ\zeta$.
Nec tamen, inquit, semen Adæ & mu-
lieris, que est generalis omnium homi-
num generatio, sed mulieris tantum,
quo indicat uerum hominem futurum
esse saluatorem nostrum, sed non A-
dæ uiri filium, quin tantum mulieris fi-
lium. Ergo homo erit sine cōtagio &
uitio naturæ Adæ. Ipsi nanc̄ soli impu-
tabatur peccatum & uitium naturæ, ip-
sēc̄ mas propagat naturam. Et quod
inquit, ex solo femine mulieris nascen-
dum esse, excludit uirile semen, ergo
ex uirgine nasceſ sine peccato, ut ex-
ponit Esa. cap. 7. Simul c̄ indicat eius
diuinitatem in humanitate, quod ge-
nerationem habiturus est supra natu-
ralem & humanam, conceptio erit di-
uina, natiuitas erit humana. Semen he-
braico more indifferēter sumitur pro
materia

materia & forma, pro spermate, &c., p-
le. Tantum de persona seminis, seu sal-
uatoris nostri. Porro sequitur de eius
officio & effectu.

ipse conteret tibi caput.] Hoc primū ē Eu-
angelium à primo Euangeliſta Deo
patre predicatum, unde omnes porro
prophetiae & Euangelia traxerunt o-
riginem. Prophetia enim & euangeli-
um idem sunt secundum materiam, ui-
delicet doctrina de Christo, niſi quod
sola forma & tempore differunt. Pro-
phetia est doctrina de Christo uenitu-
ro. Euangeliū est doctrina de Chri-
sto exhibito, & executo eius officio.
Descriptio officij indicat eius diuinita-
tem in humanitate eaqz integra, cum
inquit: conteret caput Satanæ, desig-
nat plusquam hominem futurum esse,
Deum sub homine personari, quem-
admodum Satan sub serpente perso-
natus fuit. Nam homo ex Adam natus
vitiosus est imbecillus ad potentiam

Q

3

Satanæ

Satanę destruendam. Cōterere caput,
phrasis est pro auferre, & conculcare
omnem potentiam, dominium & reg-
num, nam contrito capite totum cor-
pus invalidum est. Caput serpentis, &
summa uis Satanæ est peccatum, fraus,
dolus, & tyrannis. Diligēter sunt hęc
uerba quantumuis breuia obseruāda,
nam in his præcipua salutis nostrę ca-
pita sunt comprehēsa, cum inquit: Se-
men contritum esse caput serpentis,
indicat solum illud semen superatu-
rū, & excludit omnes alios homines.
Ad filios omniumq; hominum uirtu-
tes, & merita, pariterq; indicat unicū
hoc unius huius seminis opus profu-
turum esse toti generi humano ad sa-
lutem. Nam in serpente peccatum pri-
mum ortum est, in serpente itaq; manebit
& conculcabitur. Peccati premiū,
est mors æterna. Peccatum originali-
ter inuentum est in serpente Satana, er-
go mors æterna manebit in Satana,

Vita

Vita restituta est per Christum omnibus in ipsum credentibus.

Et tu conteres calcancum eius.] In hebreo & græco est eadem radix in utrīsq; cōteret caput, & conteres calcaneum, nostri uertunt insidiaberis calcaneo eius, alij mordebis, offendes, seu pun ges calcaneum eius. Valde diserte locutus est Dominus, ipsum conteret caput tuum, & tu uicissim conteres eius calcaneum, ea sunt eodem puncto temporis facta & possunt conuerti.

Quando conterit tuum caput, tunc tu Mors & conteres eius calcaneum, & quando crux Christi conteres eius calcaneum, ipse uicisti, et Christus conteret tibi caput. Iam confer castanorū. put ad calcaneum. Caput est summa & præstantissima pars, calcaneum est infima pars substantiæ. Caput serpens, est omnis eius potentia, & imperium, adeo & peccatum ipsum. Calcaneum Christi est eius humanitas.

Quando Christi humanitas conteretur

tur morte, tunc Satanæ potestas & to
tum eius regnum destruetur. Christi
mors extinguit Satanæ imperiū, id est,
peccatum, mortem, iram Dei, infernū,
&c. Nāq̄ eius humanitas est sine pec-
cato, ergo eius mors est immerita, ita
lata sententia de transgressa lege &
morte, expiabitur, lapsus humanige-
neris redintegrabitur. Hæc contritio
ab utræq; parte cœpit, à die palmarum
quando Christus auspicatus est suum
regnum, & expulit ex templo emētes
& uendentes, & realiter factum est in
die paralceues usq; ad diem resurrecti-
onis, duratq; dum stat mundus in om-
nibus Christianis. Hic morsus calca-
nei adhuc hæret & pungit in corpore
Christi omnibus fidelibus, & desig-
nat omnes tentationes, tribulationes
crucis, & corporales afflictiones. De-
us ex sua omnipotentia, potuisset ho-
minem seductum & imprudenter lap-
sum restituisse in integrū, sed quia De-
us

Us quoq; iustus est, iure non potuit, oportet latam sententiam exequi. Deus non mutat nec retrahit uerbum suum. Ideo oportuit peccatum morte expiri, id nec Adam, nec Adæ uitiosum semen potuit, ideo oportuit aliud semē, alium hominem dari, qui ficeret, ideo promittitur semen mulieris. Hoc uerbo euangelico pariter prophetico auditio, per fidem suscepito, Adam et Heua eriguntur, uidelicet quod maledictio æternæ mortis redundet in autore peccati, & quod peccatum hominis, per mortem illius seminis expiatum. Hoc Euangelium porrò propagauit Adā omnibus suis posteris, et quasi per manus tradidit, putabantq; mox subsecutum executionē eius promissionis, ut Heua statim suis uerbis declarat in primogenito suo Cain. Ea fide salutis est Adam & omnes sui posterius que ad Christum exhibitū, quotquot crediderūt, & que ut nos qui credimus

Q s id

id iam executum esse. Hactenus de maledictione Serpentis absoluta, & extera. Sequitur iam maledictio hominis temporalis.

Ad mulierem dixit: Multiplicando multiplicabo dolorem tuum, & conceptum tuum, &c.] In serpētis maledictione audiuimus mortem esse translatam ab homine in serpentem, & semen esse contritū peccatum in serpente, & morte carnis sue expiaturum peccatum, ergo homo nō erit in maledictione æternæ mortis, maxime qui credit in illud benedictū semen, sed permanet uiuus, et uertitur æterna poena in temporalem castigationem, æterna mors animæ in temporalem carnis mortē, Ut ita pro illa inobedientia, contemptu Dei, & consensu seductiōis castiget, & exerceat Dominus corpus peccati, ut discat porrō timere Deum, & eius uerbum reuerenter & diligenter obseruare. Porrō secundum ordinem delicti, sequitur ordo

do pœnæ, post serpentem proximè al
loquitur & castigat fœminam.

Multiplicans multiplicabo.] Hebraismus
est & significat excellentiam seu auxe
sim, ac si diceret: Tu ex leuitate animi *Crux mu*
tui contempsist̄ uerbum meum, obse/ lierum.
cuta es serpenti, & seducta, seduxisti
uirum tuum, sed quia peccatum apud
te primum natum non est, sed apud ser
pentem, attamen non auferas hanc le
uitatem, & contemptum uerbi mei in
ultum, & quia utiq; peccatum apud te
est, & in tua natura, ideoq; castigabo
corpus illud peccati in hac uita. Non *Finis pœ*
quod illis pœnis penses, & expias pec *naru cor-*
catum (id faciet semē mulieris) sed *hec poralii.*
corporalis pœna erit tantū leuis quæ
dam & paterna castigatio, qua uitio
sos tuos affectus constringam, & ui
tiosam tuam naturam mortificem. Id
circo quod & tu peccasti, & uirum tu
um ad peccandum impulisti, illas deli
cias ueriti pomì amarissimo condimē.

to miscebo & imbuam, & uenter tuus inde torquebitur, & dolebit, multiplicans multiplicabo dolores tuos, hoc est, ingeminabo, & dolorem super dolorem addam, ualde aut nimum multiplicabo dolores tuos, primum gestabis difficilem uterum: secundo cum dolore paries filios: tertio no eris tui iuris potens & libera, sed ex arbitrio viri pendebit desiderium tuum, per ipsum stabit uoluntas tua. Quarto ipse uir dominabitur tui, penes ipsum erit regimen, tu sub uiri potestate eris, ipse erit caput tuum. Hac omnia causata est leuitas tua, eam his repagulis constringam. Quia omnia quamvis sunt libero homini ualde dura & acerba, ad collationem tamen aeternae mortis sunt facilima & leuissima. Ut uitare redimas ferrum patieris & ignem. Leuiter ex merito quicquid patiare feredum est. Feres non culpes, quod mutare non potes. Perfer obdura dolor hic tibi

tibi proderit olim. Patientia mitigat
poenæ dolorem. Multū iuuat animus
in re mala fortis. Huius meminerint
omnes mulieres, ut se patiēter submit-
tant potentī manu, & uirgæ Domini,
ut in posterum sentiant eius benignā
misericordiam, & cogitent non posse
aliter fieri, nulla pietate & precib. pos-
se hæc reflecti & mutari, dum hæc uita
manet, & dum fœmina est, alia alijs le-
uius, alia alijs grauius fert & imponi-
tur hæc crux, ut cuncti imponatur etiā
si sub ipsa succumbendum sit, ferat u-
tique patienter dum ita est uoluntas Dei,
& dum habet propitiū Deum qui per
citurus est in perpetuum, & dum inge-
nitus quod mulier per filiorum ge-
nerationem saluabitur si manet in fi-
de. Et meminerint postquam inobedi-
entia fuit summum peccatum, econtrà
patientiam esse summam uirtutem, &
diligenter caueant, ne obmurmurent
Deo, ne peccatum peccato addat, ne

ex

Ex temporalibus poenit fiant æternas;
Singuli dolores habent suas rationes:
Primum gestabis difficultem uterū, ha-
bebis multos dolores dum eris graui-
da, quia gestas uitiosum fœtum in pec-
catis conceptum. Secundo cum dolo-
re paries, quia massam peccati paris,
aliás nisi peccasses, nisiq; uitiosum par-
tum ederes, sine omni dolore pareres,
aut certe si quis fuerit dolor, illico re-
mitigaretur, & disperiret, ut alijs ani-
mantibus. Hos dolores concomitan-
tur uarij dolores in educandis pueris.
Hinc certum est diuam uirginem Ma-
riam sine dolore gestasse uterum et pe-
perisse, quia eius partus fuit sine ullo
contagio peccati. Tertio non eris tui
iuris & libera, sed tua uoluntas erit ex
arbitrio uiri, tuum desiderium stabit per
virum tuum, apud ipsum erit cōuersio
seu ǣteros p̄aq; tua, ut lxx uertunt, illi te
submittes, nec facies, nec quoquam ab
eas nisi ipse cōcesserit, apud ipsum ma-
nebis,

nebis, cum ipso ibis & redibis ubiunque uolet, si quid uoles ipsum prius cōsules, si nolit, sines & quiesces. Causa est, quod tu inconsulto viro tuo auscultabas serpenti, carpsisti de arbo-re, & comedisti, fuisti nimium procax & lasciuia, inconsulta, & præceps. Quarto ipse vir dominabit tui, quod te possit sub suum ius cogere & redigere, tuos inordinatos motus cōstrin gere, familiam regere, leges preſcribe te, docere in publico, & quod nullum regimen, & dominium relinqu muli-
eribus, sed ut taceant in omni submis-
sione. Causa est quod ipse vir caput tu-
um est, quod aetate & consilio præua-
let, & quod tu illa præcipitātia autho-
ritatem & libertatem amisisti, & tetu-
um virū in multas has calamitates in-
duxisti. Secundum virum autem rege-
re & docere, familiam permitto, ut sit
mulier adiutorium viri. Hæc sunt offi-
ciat mulierū, quæ si obſeruauerint mul-
to

to melius res earum haberent. Adhuc plurimū hortatur diuus Petrus et Paulus in suis epistolis. Sed quod committeritas pœnas ferre recusant , causantur sibi plures dolores , & omnia perturbant. Ad hos dolores quævis mulier est destinata , nisi quam Deus singulari dono castitatis exemerit. Peccantur quæ se priuatis , & proprijs uotis eximunt , & refugiunt hanc temporalem pœnam , & uirgam paternam periculum erit , (nisi pœniteant) ut in æternas pœnas incident. Valde quoq; peccant parentes & aliae manus , quæ nouas nuptias male docent & instigant contra maritum , ne se tam cito dedant , & primo iussui subiçiant , sed ut respondent , & recusent obedientiam , ut porro liberius quid libet agant. Item qui nouas nuptias domum recipiunt , simaritus paulo durius alloquitur uxore. Nouum maritum erudit Paulus ut familiariter cohabitet & tractet suam uxorem,

Lotem, ne fiat demissio animo nouæ
nuptæ.

Et ad Adam dixit: Quidoniam audisti vocem uxoris tue? &c.] Reliqua est poena Adami nam ipse postremus peccauit. Quamvis hæc sunt valde dura uerba & mera tonitrua, habent tamen sub se latentem gratiam. Nec Hesia, nec Adam audiuit se maledici, ut serpentem, hoc est à gratia Dei rejici, sed audiunt tantum corporales, & temporales poenas. Mulier grauiores dat poenas, quam vir. Mulier habet dolores & angustias in corpore, Vir habet dolores extra corpus, & summa poena viri est labor in Labor, maledicta terra.

Quia audisti vocem uxoris tue.] Meo uero spredo & neglecto, alioqui vir potest admittere consilium uxoris, alias nunquam, & comedisti de prohibita arbore, que est protestimonio et argumento tui peccati. Maledicta sit terra Crux tua propter te. Nō dicit sis tu maledictus, rerum-

R. sed

sed maledicta & sterilis, & infrugifera sit terra propter te, aut in opere tuo relatione tui. Terra per se naturaliter per originale uerbum sua sponte protrulisset omnes herbas, & bonos fructus sine euleura aratri, rastri & semen tis, sed postquam tu peccasti, auferam uerbum spontaneæ frugalitatis à terra, et cuius tu fuisses cultor in uoluptate, iam eris cultor in labore, & sudore, & sua sponte feret spinas, & tribulos, nisi colas & labores. Inde uiderimus quod earum frugum radix morti tur ubi maturescunt, non cōseruatur am speciem radice ut aliæ herbae faciunt, sed ex semente, & cultura agricola. Quid peccauit terra quod maledicitur? Inferior creatura sortitur cum nobiliori, ita serpēs maledicitur propter Satanam, alioqui est bona creatura Dei. Hunc locum bifariam sumere licet, ad literam & mystice. Ad literam uerum est, ut in omnibus rusticis & agricultoris cerneat

cētnere est. Mystice autem terra āue
ager sumi potest pro quavis uocatio-
ne, & officio hominis, quod admini-
strat, & unde uictitat, ut est Rex, prin-
ceps, consul, episcopus, parochius, su-
dimagister, & q̄sq; pater familias. Exē-
pla sunt Prophetæ, Christus, Apost.
Dauid, &c. Prophetis maledictus a-
gererat totum regnum Iudaicum, in
quo quanquam desudauerūt & labo-
rauerunt, attamen plus spinæ & tribu-
lorum quam frugum fetax fuit, ut est
parabola de uinea. Dauid quantos la-
bores sustulit pro regno, attamen nō Esa.22
semper pro uoto successit. Idem cérne
te est in omnibus administrationibus,
in omnibus opificijs & artificijs, nisi
quis laborat nihil manducat, adeoq;
vix suppetit, unde se et suam familiam
sustentet, & est plane panis sudoris,
doloris, & laboris, necq; hoc ex labo-
re, sed ex benedictione Domini, ita ta-
men quasi per medium nostri laboris.

R 2 Singu

Singularum administrationum mole
stiz nusquam melius depingi possunt
quam in agricultura . Agricola omnē
dat operam ut bene excolat agrum, ut
tanto meliores & plures percipiatur fru
ctus, arat, simum addit, seminat, occat,
omnia præstat ne quid desit, & putat
se iam suo perfunctum esse officio be
nesperans lata segetes . Vbi iam suc
crescunt sata, ecce plus loli, & zizani
orum tribulorumq; apparet quam se
getis, quis ibi non fleret? quis non ca
put scalperet & doleret? Similime se
res habet in omni administratione, u
bi quis diligentissimam operam præ
stitit, & putat bene successura omnia,
ecce præter opinionem hoc & hoc in
commodi inspargetur . Concionator
diligentissime putat omnes fore pios,
Ludimagister fidelissime erudit pue
ros, putant uniuersam iuuentutem fru
gi fore, & doctā, & uix apparet unus
ut alter . Ita ut quisq; rectissime dicere
possit,

possit, uere est hæc mihi maledicta terra quam colo & exerceo, nusquam respondet fructus labori. Vere in sudore uescor pane. Hinc illæ rugæ, cani capilli, dolor capitis, dorsi, & lacertorum, lachrymæ. Psal. 116. Euntibant & flebant mittentes semina sua. Itē psalmū 117. Comedentes panem doloris. In sudore uult uesci pane, phrasis est pro habere molestos dies & uitam, q̄ diu uixeris super terram. Ita castigat Dominus corpus peccati, usq; dū peccatus mortificet & extinguat morte corporali. Felices tamen sunt qui hic suas dant poenas, quantumuis duras, melius tamen est q̄ dare æternas. Multi has poenas corporales effugiūt, dū generi uitæ quietiori consulunt, sed periculum erit de his (nisi poeniteant) ut æternas daturi sint poenas. Cauent sibi omnes celibes, cœante sibi omnes usurarij, feneratores, & qui percipiūt redditus nullo præstito officio, & ui-

R 3 uunt

uunt in otio, distingue inter crucem Christi, & nostrā. Nostra crux est poena peccati, & castigatio corporis peccati. Crux Christi sola nos saluat.

Donec reuertaris in terram, quoniam ex ea sumptus es.] Est cōditionalis poena, & certo fine terminata, hæc poena erit tantum temporalis in hac uita, donec hæc uita durat, & secundum corpus peccatiātum. Homo siquidem duplīcem uitam agit, carnalem & spiritualēm, seu terrestrem, & cœlestēm, temporalem & xternam. Carnalis uita est terrestris, & temporalis, localis cum suis officijs, procreare, edere, bibere, mutabilem, & passibilem esse, ea durasset dum hic stetisset mūdus, & dum homo suis carnibus functus fuisset officijs, dehinc assumptus fuisset in cœlestēm & xternam uitam quæ est carnali planē contraria, ubi sunt nostra corpora spiritu, alia purissima, leuissima, clarificata, agilima pro arbitrio spiritus, non procrean-

creantia: sine loco, cibo, potu, uestitu,
sine passione & mutabilitate. Postquam
autem intercessit contagium peccati,
& facta est caro nostra corpus pec-
cati, intercidit quoque mors corpora-
lis, quae est extinctio seu abolitio cor-
poris peccati. Et non est proprie mors
appellanda fidelibus, sed tantum alte-
ratio naturæ humanæ, & dissolutio et
repurgatio à contracto uitio. Aut re-
quies seu somnus. Nam requiescit à su-
is laboribus, sudoribus, & doloribus,
quos hic Deus nostro corpori & na-
turæ inflixit. Et dormit usque dum susci-
tabitur à Christo in futuro iudicio, ad
spiritualem illam uitam æternam. Non
dicit Dominus, usque dum moriaris, no-
nult hic durum illud uerbum repe-
te, & ne semel quidem meminisse aut
nominare. Est igitur mors corporis fi-
delibus tantum quies & somnus, &
principium spiritualis uitæ æternæ. In
fidelibus autem est principium æter-

in mortis, & poenarum. Tantum de
hac lectione in qua audistis, quomo-
do homo secundum fidem in semen il-
lud benedictum, dat poenas corpora-
les quamdiu uiuit in hac terra. Hacce
nus locutus est dominus & promisit
homini liberatorem à morte & potes-
tate satanæ, & quod corpus peccati
uult castigare corporali & temporali
poena, & tandem redigere in puluerē,
ut ad uitam æternam & originalem re-
generetur integer, perfectus, & immu-
tabilis homo. Sequit̄ iam quid ad h̄c
responderit homo, quibus uerbis su-
am fidem adh̄c declarauit, breuiſſi-
me quidem sed locupletissime. Et est
elegantissima methodus euangeliſſi-
dei, et sacramentorum. Deus predicit
euāgelium de semine, Homo suscipit
fide, cum suam uxorem Heuam nomi-
nat. De hinc illud euangelium fide su-
ceptum confirmat Deus sacramento
datis uestibūs.

Et vocavit Adam nomen uxoris sue Heua.]
Attentissime in attonita ista sua mente auscultat Adam Deum dum sententias poenarum fert, & pronuntiat an etiam durum illud uerbum repetat de morte moriendo. Audit serpentem maledici, audit promissionem seminis, et contritionem capitis serpentis, & mortis calcanei. Audit inquam, nec sibi nec suæ uxori maledici, sed tantum corpus peccati exercendum & castigandum esse temporaliter, & corporaliter. Audit Heuam paritaram esse quamvis cum dolore, audit quoque terram sibi colendā esse. Inde colligit se, suaque uxorem uicturum esse, interminatam morte esse translatam, sed tatum corpus peccati in puluerem redigendum esse, ut repurgatum & renouatum resurgat ad uitam æternam, cœlestem, & spiritualem, idque per beneficium promissi seminis. Hæc uerba à Deo pronunciata uerissima, & firmissima ha-

R 5 bet

bet & credit, eamq; fidem declarat pri-
mis suis uerbis cum appellat suam ux-
orem nouo nomine Heuam, & sunt
hilaræ mentis & refocillati animi uer-
ba, ac si diceret: Audi uxor quid ingat
Dominus: paries filios, ergo non mor-
tieris, ad huius promissiois sit tibi cer-
tum sacramentum, & testimonium no-
men hoc nouum ῥητὸν à uita quod ui-
ctura sis, & paries filios, & futura sis,
mater omnium porrò uiuentium homi-
num. Prius nomen abolebitur quia
prioris uitæ actio & uita & homo ipse
eius uitæ indignus est qui suo nomine
uoceſ. Ita mystice prior nativitas no-
stra ex Adam indigna est quæ nomi-
netur, quod si nomen habet abolea-
tur, & indat nouum ex promissione
Christi. Ita quoque in baptismone no-
uuo regenito homini datur, illudq; no-
men argumentum est & testimonium no-
nos esse regenitos, peccata esse remis-
sa &

sa & ad gratiam uitamq; preceptos, id
que per beneficium eius promissi se
minis.

Pecit quoq; dominus Deus ipsi Adam & uxori
eius tunicas pelliceas.] Ita cōtractus huius
promissionis ab utraq; parte contrahi
tur. Deus promittit, Adam credit, id
confirmat utrinq;. Adam dat suæ uxo
ri utile nomen, unde se suamq; uxorē
huius promissionis admoneat, ut quo
ties nominat uxorem toties in mētem
recurrat hæc promissio. Deus à sua
parte dat uestes Adæ & Heuæ ad per
petuum argumentum, quod Deus
vult hoc peccatum tegere, nunquam
videre, nec scire. Eiusmodi sunt om
nia sacramenta Dei, & habent sem
per signa gratiæ, & placati Dei. In cir
cumcisione iubet præputium (uitio
sam carnem seu naturam) abscondi &
pjici, sic placebit Deo totus homo. In
baptismo abluit nos ab omni fœdita
te,

te, & repurgat corpus nostrum, ut fut
geat & splendescat in uita xterna. In
Eucharistia planè offert seipsum no
bis Christus ad edendum & bibendū,
ut refocillet lassam animam nostram,
& gratiosissima coena declareret erga
nos suam benignitatem & beneficen
tiam. Ea est prima & potissima causa
uestium, eam debent omnes Christia
ni & fideles diligenter ad memoriam
reponere & reuocare, ut maneat ue
stium uerus, syncerus & originalis
usus, & uitemus abusum, ne ad sum
ptus, superbiam, & uanam ostenta
tionem abutamur uestibus. Ita uestes
erant sacramentum patribus usque ad
circumcisionem. Sed satan mille arti
fex hoc nobile sacramētum & que tūc
ut nunc defœdauit, dum instigauit ho
mines ut per abusum uestium etiam ip
sa causa finalis in obliuionem abiret.
Et mundus plus cogitat, studet, & cu
rat de forma quam de causa finali ue
stium.

stium. Valde ergo communodum est res
reuocare ad suam originem, nēpe quo
ties nominamur, ut recordemur eius
nominis originē. Quoties induimus
uestem, meditemur eius uestis causam
originalem & finalem. Mystica uestis
est Christus ipse, quam induere iubet
Paulus, nouum illum hominem qui se
cundum Deum creatus est. Ut Adam
tegeretur, mors animalium intercessit.
Ita mors Christi intercessit, ut peccata
nostra tegerentur. Ita & mactatio ani
malium in ueteri testamento figurata
expiauerūt peccata. Ita sacramēta no
bis intima Deus dedit & appēdit cor
pori nostro, ut sint semper in obiecto,
& admonēat nos nostri peccati & mi
sericordiæ Dei. Et sunt absoluta signa
non particularia. Adam & Heua tan
tum regebant pudibunda, nesciens to
tum corpus esse uitiatum et pudendū.
Dominus autem iudicat totum homi
num esse uitiosum, ideoq; totū cegit.

Nomen

Nomē, totum hominem designat, ita
quocq; declarat totum hominem esse
deprauatum. Baptismus totum homi-
nem lauat, & repurgat à fōrdibus pec-
cati. Cœna Domini totum hominem,
corpus & animam refocillat.

*Et dixit Dominus Deus : Ecce Adam est quasi
unus ex nobis, ut sciat bonum & malum.] Iro-
nia est cum condolescētia. Ecce quid
iam homo sibi conquisitit, non suffi-
ciebat sibi originalis perfectio secun-
dum Dei creationem, quin oportuit si-
bi adhuc alienam, ueritatem, & non ne-
cessariam conquerirere sapientiam. Ec-
ce iam q̄ egregie sapit, uoluit Deo es-
se similis, ambiuit Diuinam sublimita-
tem, & cecidit grauiter. Sic qui nimirū
cupiunt atq; inconcessa sequuntur, de-
sipiunt.*

*Ne forte accipiat & comedat de arbore vite.]
Hoc est, cauendū erit ne miser ille tro-
mo in illa miseria uiuat in xternū cor-
poraliter, quin ut quātotius extingua-
tur.*

tur corpus illud peccati, & redigatur
in puluerem, & regeneretur nouus &
originalis homo secundum Deū crea-
tus, propterea emittendus est ex para-
diso. Dicat aliquis: Quare Deus non
permisit perfrui ea arbore, ut radicale
humidum conseruaretur, ne in tantis
egritudinibus, rugis, canis & dolori-
bus uiueremus, satis fuisset tandem mo-
ri. Respondeo. Oportuit corpus pec-
cati corripi, castigari, aboleri & extin-
gui per uiarios morbos, languores, &
gritudines, et tandem per mortē. Nos
non desinimus peccare, ideoq; Deus
non desinit castigare, quantumuis cre-
dimus in Christum.

Ad colendam.] Colere terram ion-
gē aliud est quam colere paradisum
seu hortum. Paradisus sua sponte tu-
lisset omnia genera creaturarum.
Terra autem extra paradisum est pro-
pter hominem maledicta, hoc est,
non

non fert sua sponte iam eas fruges, legumina, & fructus quæ tulisset paradi-
sus. Terra planè sterilis & frugifera
est earum frugum quibus uescimur, ni-
si colamus eam & laboremus. Quati-
tum laboramus tantum habemus, tan-
tum edimus, idq; ex diuina misericor-
dia.

*Expulit eum.] Certe inuituti, nam ex
sua ditione & nativo solo in exilium
relegatur.*

*Collocavit Cherubim.] Cherubim plus
rale est, & angelos esse interpretatur
potentes spiritus, ne usquam aut un-
quam, nec à quibusvis quantuis mul-
tis, magnis aut fortibus possit ulla hu-
mana ui perfringi & recludi aditus ad
arborem uitæ.*

*Laminam uersatilem.] Gladium utrinque
acutum exponunt quibuslibet Cheru-
bim esse in mansibus, tam studiose illā
arboreum, & aditum ad paradisum cu-
stodiri, ut nemo possit accedere, & si
quis*

quis tentauerit, iugulandū iri. Ita per-
petuis militibus & custodibus est ar-
bor illa uitæ circumcepta & occlusa,
ut nulli homini concessum nec possi-
bile est accedere. Proculdubio hęc A-
dam & Heua oculariter & corporali-
ter viderunt. Mysterium ramen huius
loci est. Vitam huius temporalis uitæ
esse platiē interceptam, & cōstitutum
esse omnibus simul mori. Nec unquā
foe tam sanctum, & pium hominem
qui illas conditiones mortis aufugiat.
Sed quomodo cohærent illa, & quo-
modo illa pugnantia sunt concilian-
da? Antea promisit gratiā in semine
& uitam, non repetiuit mortis senten-
tiam, hic autem uitam uitæ, aut aditum
ad arborem uitæ intercludit. Respon-
deo, duplē esse uitam, duplē cę
mortem. Mortem æternam transtulit
in serpentē & omne serpentis genus,
impios. Mortem autem temporalem
& corporalem ad uitiatæ naturæ ex-

S tinctio.

inctionem reliquit. Ita uitam æternā
per semen illud promisit & reddidit.
Vitam temporalem & corporalē pro-
pter naturę uitium abstulit ad tēpū,
donec nouum hominem resusciteret. Bo-
ne Deus q̄ diserte sunt omnia à Mo-
se descripta, modo nos attente & sin-
gulatim meditaremur, & obseruare-
mus. Quid uult ergo sibi Christus su-
is uerbis cum dicit ad latronem: Ho-
die mecum eris in paradiſo. Respon-
ſum. Certum ē illū ibi nō dicere de hoc ter-
restri paradiſo, nam Christus ea & se-
quenti die fuit in sepulchro, & descen-
dit ad inferos ergo non fuit in paradi-
ſo. Sed loquitur de mystico & spiritu-
ali paradiſo, & sumitur ibi pro statu
originali in quo fuit Adam ante lap-
sum. Ac si diceret: Amen dico tibi, ho-
die mecum eris in paradiſo, hoc est in
origine, in gratia Dei, sine peccato,
in uita æterna. Est & aliud paradiſus
mysticus uidelicet Ecclesia in qua qui
est,

est in paradiſo est, quia habet remiſſionem peccatorum, propiciū Deū, & uitam æternam, habet quoq; liberū uſum omnium creaturarum cum bona conscientia, habet præterea uſum horum arborum ſcientiæ & uitæ. Arbor ſcientiæ boni & mali eſt decalogus legis, unde diſcimus bonum & malū. Et uidemus tātum non uescimur. Hoc eſt diſcimus legem ſed non facimus ad iuſtificationē, ſed tantum ad obedien‐tiam et uitam originalem. Item, nec ueſcimur ad lapsuſ, hoc eſt, maledictio legis in nos non cadit nec ius habet. Arbor autem uitæ eſt Ieſus Christus, qui ſe ipſe appellat panem uitæ qui de coelo deſcendit, qui uescitur ex eo uiuer in æternum. Item ſua ipſius caro, quam qui comedit non morietur in æternum Ita homo lapsuſ per peccatuſ & expulſuſ ex paradiſo, per Christū reſtituitur & reducitur in paradiſum, in quo qui hic nō fuerit, nec uenturus

S 2 eſt

est post hanc uitam. Sedulo igitur ore
mus Deum patrem qui creauit nos, &
per unigenitum filium suum, ac Domi
num nostrum Ihesum Christum rede
mit, idem per Spiritum sanctum con
seruet uos in restituta gratia &
origine, ad uitam xter
nam. Amen.

F I N I S.

EX LIBRO

GENESEOS BREVES APHO-
tissimi Petri Artopœi.

PRIMVM DE AVTORE.



OSSES est omnium pri-
mus, & uerissimus hi-
storiographus totius
orbis. Sine Mose ne-
scitur uera rerum ori-
go, secundum rationem
ut cœxi palpitant & leuiter attingunt.
Patriarchæ erant uiui libri, conser-
vatores & concionatores rerū à mun-
do gestarum.

Tempus ab exordio mundi usque
ad Mosen inane dicitur, propter nul-
lam datam legem, nullasq; scriptas do-
ctrinas, & historias.

Apparet ac si Deus fuerit primus li-
terarum inuentor, dum legem scripsit
in tabulas.

Chaldaicis & Aegyptijs philoso-
phis

phis uertentibus ueras patrum historias & doctrinas, in fabulas. Et hominum ætate iam paulatim imminuente, suscitauit Deus Mosen ad conscribendam ueritatem, rerum à mundo gestarum.

¶ Deus uoluit hos libros Mosi, tantum esse sui populi Iudaici, non aliarū gentium libros, uel quod gentes erant defensores huius doctrinæ, & hostes huius populi. Vel quod in his libris lex erat præscripta, quæ tantum ad Iudeos, selectum populum Dei, spectabat.

E X P R I M O C A P I T E.

¶ **E**ius ab æterno nunquam fuit ociosus, quia est æterna, uiua, sapiens, bona, libera, immutabilis, et omnipotens substantia. Ioan. 5. Pater meus usque modo operat & ego operor. Nec tamen fecit multos mundos, sed tantum unum. Quid ergo fecerit ante mundum, In uita facturus est post mundum,

futus

sutura reuelabitur, & erit eius infinita contemplatio.

Deus creauit mundū, & omnes creaturas certo tempore sex diebus, De hinc creata conseruat & propagat.

Si qd præterea fecit, miracula sunt, res supra naturalem potentiam, ad confirmandam diuinam suam bonitatem, præsentiam & potentiam erga suos filios contra impios. Itē ad confirmandam personam & doctrinam Iesu Nazareni, quod sit ipse Christus Deus et homo.

Atenebris incipit operari Deus res invisibiles per motum spiritus Dei.

Motus spiritus Dei, est creatio angelorum, ut uult Augustinus lib. de Ecclesiasticis dogmatib. cap. 10. Athanasius quæstione 10. ait angelos lapsos esse ante creatum hominem, necesse est ergo angelos ante hominem esse creatos.

Angelus est spiritus, ergo est prima

& præstatiſſima creatura excepto ho
mine.

13 Post creatos angelos inuisibiles spi
ritus, creatæ sunt reliquæ corporeæ, et
uisibiles creaturæ, ideo primum ponit
tur creatio luminis.

14 Lux, est diei lumen. Et tenebre, sunt
noctis caligo, triduo ante solem crea
tæ, ergo Sol non est diurnæ lucis au
thor, nec umbra terre est noctis causa.
Sed sol illustrat diei lumen, & umbra
terræ condensat caliginem & tene
bras noctis.

Dux sunt creaturæ omnium præ
stantissimæ quođ sunt æternæ angeli
spirituales, & Homo corporalis. An
geli non procreant, sed simul in crea
tione est expletus ipsorum numerus.
Ad hominum generationem & sui nu
meri expletionem conditur mundus
& creaturæ, & datur certum temporis
spatiū. 6000 annorum, iuxta uer
bum Eliæ.

Lucis

Lucis & tenebrarum circunuolutio 15
est diei spatium.

Dies incipit à tenebris, quia à tene- 16
bris incepit Deus operari res inuisi-
biles.

Aqua ab aquis diuiduntur, & exten- 17
duntur, suntq; summa uisibilis substanc-
ia, summum operculum et superficies
mundi.

Firmamentum aquis interponitur, 18
& dicitur cœlum.

Cœlum est corpus inuisibile tenu- 19
issimum, & perspicacissimum inter
aqua possum.

Cœlū quod uidetur, aquæ illæ sunt, 20
supra omnes cœlos. Psal. 150

Cœlū in se multas habet spheras, 21
sed inuisibiles, nec possunt discerni,
nisi per motum suorum astrorum.

Singuli cœli seu spherae singulas na- 22
turas & potentias habent, atque ut cœ-
lum aëris, cœlum ignis ita & cœteri.

Natura est cuiuscq; creaturæ indita 23;
S 5 poten-

potentia, secundum suam speciem.

24 Terra erat aquis undiq; colluta, & circincepta primitus. Deinde Deus terram intumescere fecit per montes, & undique aquis extare. Aquas uicissim per syrtes in uenas terræ recondidit, & per fontes erumpere in flumina fecit, perpetua reciprocatione.

25 Terra cum aquis faciunt unum globum, & sunt centrum mundi.

26 Ab his omnes coeli seu sphæræ tum elementares, tum ætheræ, alix alias superant decupla proportione quantitatis.

27 Vegetantia, ut herbæ & arbores ante astra creantur, ergo astra non causantur sed adiuuant vegetantium. Vegetantia non dicuntur animalia quāuis habent animam vegetatiuam, & proprie anima non est, sed uigor crescendi, & operandi.

28 Semen est sui corporis corpus uiuum, & separabile, continens sive substantiæ

stantię naturam & partes inclusiue ad conseruandam & propagandā suam speciem.

Astra sunt tertio die post diem seu 29 lucem creata, & secundo post uegetātia, ergo non sunt causæ diei, & uegetantia.

Singuli planetæ singulos cœlos habent, & sunt de suorum cœlorum natura, eamq; sua uirtute inferunt, despiciunt & influere faciūt ad inferiora per suas coniunctiones maximè cum sole & luna.

Astra, autem inclinant, nō necessaria tio impellunt.

Sapiens siquidem dominatur astris.
Sap.

Humanarum actionum & motuū, 30
principales sunt causæ, Seminis tempore
ramentum, Astrorum constellatiōes,
Voluntas hominis, Disciplina, Deus
& Satan, seu corpus peccati.

Motus astrorum duplex est, Propri
us &

us & alienus , Proprius fertur ab occidente in orientem , Alienus fertur ab oriente in occidētem , & est motus primi mobilis .

32 Astra insigniunt cœlos , et ipsorum motus distinguunt cœlos .

33 Primum mobile est omnium motuum causa , ab oriente in occidentem .

34 Astra discernunt tempora , mutant aërem , iuvant vegetantium & distinguunt cœlos .

35 Astra in cœlis pendent quasi gutte , residuæ ab aquis supra cœlos euectis .

36 Astra per se opaca sunt , & habent eundem cum cœlo seu aquis supra cœlos colorem , & media sui parte irradiantur à sole , nisi intercidat eclipsis .

37 Meteora omnia sunt exhalationes & pro sua materia accipiunt formas , subuehuntur , & depelluntur ab astris , seu à sphæra ignis .

38 Pisces & uolucres sunt prima animalia ex eadem materia , aqua uidelicet ,

cet, facta, sed uita formalis differunt. 39

Tò Crescite, est omnibus animantibus innatum, & dat eis procreandi uitatem, nisi impediatur per accidens ut morbo, aut certo consilio Dei, aut hominis uoluntate.

Animantia terrestria trifaria sunt, 40
iumenta, reptilia, & bestia, bruta dicuntur quod sunt sine ratione & solis reguntur sensibus, & affectibus uegetant usq; ad iustum magnitudinem suam speciei, & pro suo temperamento accipiunt formam.

Herbae creantur ante animantia, ut 41
sint illis paratus cibus. Attamen animantia non sunt finis herbarum. Omnia creauit Deus propter seipsum.

In singularium creaturarum constitutione, Deus est mirandus & laudabilis artifex. 42

Contemplatio creaturarum admittet nos creatoris, & est theologianaturalis & rationalis ex creaturis creatorem,

torem, ex motibus motorē, ex finitis infinitum, ex corporalibus & uisibilibus inuisibilē Deū cognoscere. Ro. 1.

44 Homo est omnium creaturarum potestremus quasi colophon operū Dei, & microcosmus.

45 Quamuis omnes creaturæ sunt ante hominem creatæ, non iccirco homo creaturarum finis est, nec propter ipsum factæ sunt. Certa est sententia, Deum propter seipsum omnia fecisse.

46 Quod si homo erat obiectum satanæ ad lapsum, ergo sexto die cecidit satan.

47 Homo inuenit mundum quasi elegansissime extructam & exornatam domum, cum prompta familia.

48 Mulier est ultima creatura Dei in illa origine. Creatio mulieris iudicat eius dignitatem, & officia.

49 Homo est creatura Dei rationalis, facta ad imaginem Dei, constans duabus substantijs corpore & anima, rationali

rationali corpore ex terra, anima ex
spiritu Dei creata, ut corpus ita anima
habet materiam.

Angeli habent omnia cum homine 50
communia, uitam aeternam, rationem,
cognitionem Dei, liberam voluntatem,
prater imaginem Dei, quia solus homo
genit, ideoque est nobilissima substantia,
& differt ab angelis quantum postre-
mo, & ex insima mundi parte creata.

Imago Dei est ipsa diuina maiestas, 51
& summum & praestantissimum epithetum (quod possunt) Philosophi homi-
ni tribuunt quod sit Microcosmos.
Theologia autem imo Deus ipse dat
e longe nobilius, nempe quod sit ima-
go Dei, & dominandi libertas in om-
nes creaturas terrestres secundum res-
tam rationem, absolutam bonitatem,
& perfectam sapientiam, cum omnibus
alijs virtutib. & donis ad uitam aeternam.

Homo habet determinatum domi- 52
num, uidelicet in creaturas terrestres.

Psal.

Psal. Cœlum cœli Domino, terrā autem dedit filijs hominum. Ergo dominum hominis & imago Dei in eō ducat dum creaturæ manent usq; ad finē mundi, dehinc erunt sicut angeli, non tamē angeli seu ministri, sed filij Dei.

53 Omnes creaturæ corporales peribunt in fine mundi, solæ substâtiz spirituales manent cum Deo in æternū; Angeli & Homines.

54 Corpus huminum propter ad unam animam, animale seu spirituale fit et in uita futura, & accipiet conditiones spirituales.

55 Vita hominis duplex est. Carnalis & Spiritualis. Carnalis est dum statuitindus & dum uiuit in mundo, & habet conditiones carnales, uesci, dormire, uigilare, localem, temporalem & passibilem esse, procreare sibi &c. Et anima dum est in hac uita carnali, carnis dicitur, propter carnales conditiones. Spiritualis uita est coelestis; post

A P H O R I S. IN T G E N. 28

post mundum, exutis conditionibus
carnalibus, Inde dicitur & erit corpus
spirituale.

Vita, est corporis & animæ simul 56
perpetuus & proprius motus. Patres
usq; ad diluvium, solis herbis & arbo-
rum fructibus uescabantur, & aquam
bibeant.

Dominus dat cibum, ut sit alimen-
tum corporis, & medium, quo Deus 57
animantia sustentat.

Quicquid creauit Deus nutrit et su- 58
stentat.

Quicquid creauit Deus est ualde 59
bonū, ad certum suum finem creatū.

Medicina est applicatio creature se- 60
cundum suum finem & naturā ad aliā
debilitatam naturam.

Venenum est usus creaturarum co- 61
tra suum finem & naturā, improprie
applicatus.

Bona est creatura si secundum suum 62
finēm est eius usus.

T

Mala

¶ 3 Mala est creatura, quæ improprie applicatur, cuius usus est contra suum finem et naturam. Creaturæ omnes quantumvis paruae & uiles nostram fidem confirmingant de cura & conseruatione. Matt. 6.

EX SECUNDO CAPITE.

- 1  Abbatum à requie nomen habet, quod Deus à creatione cessauit.
- 2 Statuit hunc diem inter sex illos connumerandum, sed requie sanctificandum per cōtemplationem operum Dei, ad glorificandū Deum.
- 3 Septem illorum dierum circumuo-
lutio seu reciprocatio est transactio,
totius mundi & uitæ terrestris. Hęc au-
tē uita est plane laboriosa. Ergo post
hanc uitam sequetur uerum & æternū
sabbatum, ad æternam Dei contéplationem & gloriam.

- 4 Paradisus fuit certus aliquis locus sub cœlo in terris, ex omni genere her-
barum,

A P H O R I S. IN G E N. 23,

barum, arborum, uolucrum, reptilium
& animantiū consitus & exornatus,
quem coleret & custodiret Adam, di-
ctus proprio nomine Eden, posteā ex
pulso suo cultore exoleuit, & tādem
diluvio totus perīt.

Ex paradiſo omnium rerum species
propagatae sunt, præter arborem uitæ
& scientiæ.

Paradisus mystice pro statu gratiæ,
innocentia, & originis sumitur. Lu-
cæ 23.

Flumina quæ fluunt ex paradiſo, aut
sunt diluvio disturbata, aut nos nesci-
mus quæ sint. Aut paradisus pro toto
orbis terrarum accipiendus est. Quia
ea flumina quæ nos putamus nō pos-
sumus ad eundem fontem reducere.

Arbor uitæ erat creata, quæ conser-
uaret homini radicale humidum, ut in
perpetua iuuentute, & integra ualenti-
tate degeret, sine senio, rugis, canis,
aut ullo morbo, usq; dum perfunctus

T 2 huius

huius uitæ officijs, assumeretur in uitæ
cœlestem, spiritualem, & æternam. Et
fuit plane medica arbor.

9 Arbor scientiæ dicta est, non quod
scientiam daret naturaliter, sed quod
ad eius conspectum homo reminisce-
retur Dei creatoris sui, & usq; maiore
meditando de Deo consequeretur sci-
entiam diuinam, supra humanæ & na-
turem: Et fuit plane theologica, &
sacramentalis arbor, ut inquit Augu-
stinus.

10 Illæ dux arbores exoleuerunt, earū
loco habemus alias duas arbores in
mystico paradyso, Ecclesia. Arbor sci-
entiæ boni & mali Lex est, seu Decalo-
gus. Arbor uitæ Christus est Ioan. 6.
Ego sum panis uitæ.

11 Deus ex absoluta sua sapientia præ-
sciuit omnia etiam minutissima ante
conditum mundum, quæ futura fue-
rant, quæ fiunt, & quæ futura sunt in
mundo.

Deus

A P H O R I S. IN GEN. 285

Deus est absolute bonus, ergo maius 12
lum non est de eius uoluntate.

Lapsus hominis non fuit de uolūta, 13
te Dei, sed de præscientia.

Deus ex absoluta sua sapientia præ 14
scivit hominem lapsurum esse, sed nō
prædestinavit nec præordinavit.

Duabus creaturis Deus dedit liber 15
tatem uoluntatis, angelis & homini-
bus, aut in Deo manēdi, aut à Deo a-
uertendi.

In utrisq; declaratum est esse muta 16
biles creature. Omnis substantia est
mutabilis præter solum Deum.

Post lapsum angelorum cæteri an 17
geli porro nō sunt mutabiles sed san-
cti.

Post hanc uitam homo non erit mu- 18
tabilis, sed sanctus.

Satan personatur in serpente, ade 19
oç in omni uitiioso corpore peccati.

Superiori & nobiliori substantiæ li 20
cet uti ignobiliori & inferiori, spiritu-

T 3 alis

alts & æterna præstat corporali & pe-
tituræ.

- 21 Spiritibus licet quibuslibet personari, etiam in angelum lucis.
- 22 Homo habet tria officia ante creaturam mulierem. Origo magistratus & magisterij est imago Dei, hoc est magistratus, Deus, seu Dominus creaturæ. Est cultor & custos paradisi. Est conseruator legis Dei.
- 23 In ceteris mulier est adiutorium viri.
- 24 Matrimonium est legitima ordinatio Dei, perpetua copula inter virum & mulierem in hac vita, ad propagationem generis humani.
- 25 Tres requiruntur personæ ad conficiendum matrimonium, Vir, mulier, & Deus copulans.
- 26 Nemo sumat uxorem, nisi quā Deus dat. Nemo procreat, nisi Deus dicat, crescere. Nec relinquat uxorem nisi Deus auferat, aut adulterium dissoluat.

Dormientibus nobis, Deus præparat nobis fœminam.

Vir & mulier in matrimonio sunt una caro, quasi unus homo in hac uita, quibus utrisque omnia sunt cōmūnia, in uitâ futura non erunt una caro, sed omnes homines simul unus spiritus.

EX CAPITE TERTIO.

 Orna & principium idololatriæ cœpit in paradiſo, quæ est certum Dei creatoris uerbum relinquare, & suscipere alienum, cuiuscunq; creaturæ.

Primus gradus ad lapsum est, extenuare seueritatem uerbi Dei.

Recepto uitioso uerbo, tota natura uitiatur. Primum uitium est concupiscentia ad uetitum.

Materiale peccatum est inobedientia erga uerbum Dei, concupiscentia uetiti, & ambitio nō concessi honoris.

T . 4 . Causa

- 5 Causa peccati est Satanæ malitia &
inuidia, Hominis consentiens uoluntas,
& extenuatio uerbi. Consumma-
tio peccati est ipsa actio.
- 6 A patrato peccato statim sequitur
mala conscientia, pudor & confusio,
quod hic dicitur aperiri oculos.
- 7 Deus primam exhibuit iudici for-
mam. Quamuis scit omnia, explorat
tamē, ut proprio ipsorum testimonio
condemnet eos, & ferat sententiam.
- 8 Adæ perisomata, sunt hominum ra-
tionales excusationes, & conjectio-
nes.
- 9 Serpēs inuenitur primus autor pec-
cati, ideo primum ei maledicitur.
- 10 Serpenti maledicitur absolute preci-
sa omnispe gratia propter personatū
Satanam, Alioqui serpens est bona
creatura Dei.
- 11 Quamuis tunc Satan fuit in serpen-
te, non sequitur in omni serpente esse
Satanam.

Serpens

A P H O R I S. IN G E N. 289

Serpens sustinet perpetuas inimici
tias hominis, propter semel persona-
tum Satanam, illæc inimicitia natura-
liter utriscq; innascitur ad perpetuam
eius rei memoriam.

Inimicitia illæ sunt uerissimum signum 13
penitentie, quod ipsum autore eque
ut ipsum peccatum odio habent.

Maledictio serpentis est absoluta 14
& eterna, & transfertur eternamors
ab homine, in autorem peccati Sata-
nam.

Quamuis Adam habet suas excusa 15
tiones, & autor peccati inuentus est
Satan, utiq; tamē oportet illud peccatum
morte hominis integri expiari, id po-
stulat iusticia Dei.

Adam expiare nō potuit, quia uitia 16
tus erat & mortuus, non poterat reui-
uisci per se, oportuit igitur dari homi-
nem sine peccato, & qui mortuus per
se reuiuisceret, quique omnes filios
Adæ posset resuscitare.

T 5 Magnis

- 17 Magnitudo irę & iudicij Dei depecato, non potest melius & ex collatione mortis unigeniti filii Dei perspici.
- 18 Peccatum Satanae & impiorum de contemptu & aduersantia Dei, tantum est ut non possit ad iustas poenas procedere Deus, nisi expleto numero electorum suorum, & data eius numeri infinitimo, quem solus Deus in numerato habet, eum diem Satan & impij ad suas poenas, p̄ij autem ad suam gloriā expectant.
- 19 Deus est primus propheta & euangelista. Hęc prophetia est omniū prophetiarū origo & fons. Et omnes prophetę sunt huius prophetię interpres. Euāgelistæ autem sunt huius propagationis exhibē testes.
- 20 Prophetia & Euangeliū sunt eiusdem materię, sunt doctrina de Christo, Prophetia de Christo uenturo, Euāgeliū de Christo exhibito.
- 21 Descriptio seminis mulieris indicat ueram

A PH O R I S. IN G E N. 291

ueram & synceram humanitatem si-
mul et diuinitatem Christi, quod sit ue-
rus originalis homo sine peccato, su-
pra humanam naturam conceptus &
natus.

Contritio capitis serpentis declarat ²²
ueram Christi diuinitatem in humani-
tate, & officium seu finalem causam sue
humanitatis. Item uictoriā de toto reg-
no Satani.

Hominibus, secundum promissum ²³,
semen, relinquitur utiqz corporalis, &
temporalis poena, propter corpus pec-
cati.

Corpus peccati est totus homo ui-
tiatus secundum animam & corpus,
animalis homo, uetus homo.

Secundum gradus peccati, est gra-
dus poenarum. Serpens absolute male
dicitur ut autor peccati. Homines ca-
stigantur propter assensum & inobe-
dientiam. Post serpentem mulier corri-
pitur maiori poena quam uir, nēpe do-
lore

lore in corpore, uir dolore seu labore
extra corpus.

- 26 Terre maledicitur propter hominem, quod non ferat fruges nisi sit exercitata labore hominis que alioquin sponte fruges tulisset. Terra post maledictionem sterilior facta protulit noxi as herbas, arbores, animantia.
- 27 Maledicta terra est, cuique sua administratione, officium, seu opificium.
- 28 Laborem ordinavit Deus quasi medium nutritionis.
- 29 Dolorem mulieris, & labor uiris sunt castigationes corporis peccati. Redactio in puluerem est finalis extinctio uitiosae carnis.
- 30 Mulier sine peccato si mansisset, perisset sine dolore aut certe sine morbo ut alia animalia.
- 31 Mors non est de natura hominis, propterea horret homo ad mentionem mortis.
- 32 Mors alia est piorum, alia impiorum, alia

A P H O R I S. I N G E N. 33

alia carnis, alia animæ.

Mors piorū est tantū redactio cor- 33
poris peccati in puluerem terræ, seu fi-
nalis extinctio uitiosæ naturæ, ut resu-
scitetur corpus spirituale. Item est qui
es corporis & animæ à proprijs suis
motibus, & à laboribus pœnarum.

Mors corporalis est prijs ultima pœ 34
na, & traiectus ad immortalitatem.

Mors impiorū est uiuo homine se- 35
cundum corpus & animam alienari et
abominari à Deo, perpetuo sentire i-
ram & maledictionem Dei, eius initium
est ab infidelitate, realiter autem inci-
pit in morte corporis, & durat in æter-
num, nisi accedat uerbum Dei & fides
in promissum illud & benedictum se-
men Christum.

Vbi uerbū tierbo uidetur pugnare, 36
prius & certius retinendum est.

Post peccatum aperiūtur oculi, qui 37
bus uidemus peccatum, iram Dei, & pœ-
nam subsecuturam.

Deus

- 38 Deus ambulauit in paradiſo, aut ſo
lo uocali uerbo, ipſo incōſpicuo. Aut
ambulauit humana forma ut angeli.
- 39 Ita adhuc Deus per uocale uerbum
perambulat in toto mundo generali-
ter inter omnes creaturas, ſpecialiter
per Euangeliū.
- 40 Homo peccati conſcius horret ad
præſentiam, cōſpectum, & uocē Dei,
fugit & latet, donec clara uoce reu-
catur, primum per reuelationem pec-
cati ex decalogo, ſecundo per prædi-
cationē Euāgeliū de gratia Dei p Chri-
ſtum.
- 41 Ipsi a transgressio docet nos quām
bonum fuiffet obedire, & quām malū
ſit non obedire, id diſcimus ex arbore
ſcientiæ ſeu decalogo.
- 42 Deus quamuis preſcrit omnia, priu-
tamen audit cauſam, quām dicat ſentē-
tiam iudicij. Prohibet precipitanciā et
præiudicium in iudicio.
- 43 Deus audita & cognita cauſa inue-
nit

dit serpentem fuisse primum iuolunta
rium autorem peccati, ideoq; primum
maledicit ei absolute, et transfert in ip
sum ab homine sententiā aeternā mor
tis.

Homo quamuis habet excusationē, 44
tamen propter suam libertatem habet
culpam, suadere serpens potuit, coge
re non potuit.

Sententia iudicij de morte non erat 45
reuocabilis. Deus non mutatur, ideo
oportuit hominem mori ut absoluere
tur, ut inquit Paulus, qui mortuus est,
de peccato iustificatus est. Sed mortu
us non potuit sua potentia reuiuisce
re. Ideo promittitur semē mulieris, ho
mo masculus sine humano patre, qui
expiet peccatum hominis morte. Et à
morte, propria uirtute resurgat, id ne
mo potest nisi Deus, ergo oportet il
lum expiatorem peccati, pariter Deū
& hominem esse.

Constitutio capitatis serpētis, ē totalis 46
destru-

destructio regni Satanæ. Cōtritio seu
punctura calcanei Christi, est destruc-
tio humanitatis Christi per mortem
corporis. Item est crux, persecutio, in-
fortunium, morbus, & mors omnium
piorum, cetera nihil. Pios tantum pun-
git non deuorat, impios autē penitus
deuorat in infinitum.

47 Deus est primus propheta & euangeli-
lista. Ex hac prophetia fluunt om-
nes prophetæ, & oēs prophetæ sunt
huius interpres. Similiter omnes e-
vangelista testantur hanc prophetiā
esse expletam.

48 Quamuis Deus remittet peccatum
per promissum semen, tamen castigat
corpus peccati quamdiu uiuit, etiā in
omnibus sanctis.

49 Mulieris pœna est in corpore, par-
tus scilicet, Viri pœna ē extra corpus,
videlicet labor.

50 Terra est maledicta relatione ho-
minis, & relatione frugum, nisi labo-
ret

A P H O R I S : I N G E N . 297

fet nihil fert frugum. Fruges maxime
frumenta sua sp̄ote fuissent nata, nūc
non nascuntur nisi per agriculturam,
nisi colas terram & sementem facias,
nihil metes.

Cuiusq; officium , est sua maledicta 51
terra. Hinc illæ lachrymæ, rugæ, & ca-
ni.

Labor tamen est mediū benedictio / 52
nis Domini , quo nos nutrit Domi-
nus.

Mors uitiatæ carnis est extrema pœ/ 53
na pijs. Impijs est initium omnium pœ-
narum & æternæ mortis.

Mors piorum est somnus & requie/ 54
s à labore carnis, & est renouatio na-
turæ. Mors impiorum est uera mors,
& æterna corruptio naturæ in infini-
tum.

Adam fide suscepit diuinā promis- 55
sionē de semine, quod per illud uictu-
rus esset , ideo pro eius promissionis
confirmatione, æterno fœdere & me-
moria,

V.

moria, appellat uxorem suam Heuā, à
uita Vitalem.

56 Deus suam promissionem, & Adz
fidem, externo sacramento cōfirmat,
uidelicet Vestibus.

57 Veste tegit corpus peccati, nec uult
uidere , scire aut imputare peccatum,
quamuis subest corpus peccati.

58 Corpus peccati latet sub ueste. De
us autem tegit, dissimulat, nec uult sci
re, aut reputare peccatum . Ita in bap
tismo Christus lauat sordes peccati,
uticq; manente corpore peccati in hac
uita. In sacramētis Deus imputat gra
tiam & perfectionem , manente uticq;
corpore peccati.

59 Hac uestis uerissime Christus est,
quamiubet induere Paulus nouū ho
minem qui secundum Deum creatus
est . Et est uere uestis illa nuptialis.
Matt.20.

CAPUT. IIII.

ADAM cognouit uxorē suam post lapsum, quia Cain ē corruptæ naturæ, ergo tempore innocentiae in paradiſo non cognouit eam cognitione coniugali.

Error sanctorum parit aliquiando magnas calamitates ut hic in primis parentibus, & plerisque alijs sanctis cerneret licet. Contra eos qui aiunt Ecclesiam errare non posse. Promissiones Dei sunt certæ, sed tempus & persona sunt incerta.

Heu putabat primogenitū suū fore, pmissū illud semē, propterea appellat ipsum Cain, quasi acquisitū eū quē promisit Dominus, ut propria eius uerba sonant **אָזִין־יְהוָה** id est, acquisiui uirum illum Dominum, seu uirum & Dominum, hominem & Deum, uirū cum Domino, uirum Domini quem promisit Dominus, quod Esaias una uoce complectitur Immanu-

V a el.

et alij uertunt, uitum à Domino, id ē,
quem promisit Dominus. Ita in Cain
figurant Christum, sed falluntur opis-
tione. Postquam uidet huius uite con-
ditiones esse meras uanitates, propterea
appellat filium secundum Habel,
quod significat uanitatē. Ecclesiastes.
1. Et figurat in eo totum genus huma-
num. Homo corruptæ nature ueri Ha-
bel est ad collationem Christi, qui so-
lus est perfectus.

5 Cain autem postea per petulātiā
rapuit ipsum non fratris in contumeli-
am, & in eo exercuit fratrem suum.

6 Primogenitus erat charissimus, qđ
sustinebat opinionem promissi semi-
nis.

7 Per hæc in solecit Cain & intume-
scit philautia, & superbia. Habel de-
spectus contra fit demissior & sperat
in Deum, & rem refert ad Deum. Ita
paulatim Cain fit impius. Habel uero
pius. Hunc locum clarius explicat pa-
rabo.

A P H O R I S. IN G E N. 301
tabola de Phariseo & publicano, Lu-
cæ 18.

Ita errant & falluntur omnes paren-
tes quando alios filios alijs præferūt,
& magna sibi promittūt. Ita fit ut ma-
gnæ opinionis filij degenerent, & cō-
tempti ac neglecti fiant illustriores. I-
ta Ioseph inter fratres, Dauid inter fra-
tres.

Non potest ferre Cain bene flagrā
tem ignem Habelis.

In his duobus, typus est et discrimē
omnium hominum totius mundi, Ec-
clesiae & Synagogæ impiorum. Et in
his ut coepit, ita progreditur, & finiet
totius mundus.

Non est Habel in mundo, quem nō
exerceat suus Cain, Sic Isaac suum Is-
maël habet, Jacob suum Esau, Io-
seph suos falsos fratres, Dauid
sentit suum Saul, Christus suos phari-
seos & Iudam.

Deus autem nō potest sustinere fal-

sam hanc opinionem in suis, & info-
lentiam Cain, nec potest suam senten-
tiam apertius declarare, quam in hac
oblatione.

13 Vtraque sunt honesta genera uitz,
pastura & agricultura. Certeum est Ha-
bel percepsisse de ouibus, lac & lanā.

14 Vterque colunt unum uerum Deum
15 Respectum illum uolūt fuisse in de-
labendo igne cœlesti, qui incendebat,
sustulit in cœlum, & deuorabat obla-
tionem, ut postea Elix contigit.

16 Causa quare non respexit ad Cain
in promptu est, ut tolleretur falsa opi-
niō parentū de Cain, ut impietas, phi-
lautia & superbia Cain demitteretur,
quemadmodū Dominus ipse suis uer-
bis postea declarat.

17 Non fuit signum irati Dei ad dam-
nationem, sed erat prouocamentū ad
pœnitentiam, ut meditaretur causam
& deprecaretur culpam. Idem fecisset
Saul regno exutus, & saluus fuisset.
Ita

Ita permisit Dominus labi Salomo ¹⁹
nem, ne Dauid et totus Israël putarēt
ipsum esse benedictum illud semen.

Cain inuidet fratri diuinū fauorē, & ¹⁹
falso inde colligit se propterea abire
in contēptum, ut qui sit primogenitus
chariss. & sustinuit benedicti seminis
opinionem. Habel cōtemptum illum
sibi iam præferri. Id illum pessime ha-
bet, et ringit, fremit tabescitq; præ ira,
& concipit mortale odium. Ita omnes
impij afficiuntur.

Quid peccauit Habel aduersus Ca/
inc? Quid peccāt pij aduersus impios?
Nihil nisi quod respiciat eos Deus.

Cainum odium adhuc est in omni- ²²
bus impijs aduersus pios. Caina pro-
genies, Caina mens est omnibus, qui
suis donis superbiūt & alios præse cō-
demnunt.

In Cain exerit se innata malitia de- ²³
prauatq; natura parentis & uirus ser-
petis. Cōtra in Habel conspicit pater
na pietas & fides. V 4 Vultus

- 24 Vultus indicat mentis seu animi habitum. Deiectus uultus animi malitiā, tristitiam, inuidiam, aut desperationē. Contra erecta & serena mens habet erectum & serenum uultum.
- 25 Secundum personam Dominus estimat sacrificium. Ita Dominus in prophetis reiicit omnium impiorum sacrificia. Esa. 1.
- 26 Cain cum Habel prius rediisset in gratiā, & humiliaisset se coram Deo, ita quoq; Deus ipsum respexit secundum illud. Matt. Si offers munus tuum ad altare, &c.
- 27 Dominus corrigit Cain, ut mutet sentētiā aduersus fratrē, et admonet eum pœnitentia, inquiens: Si bene feceris, si pius fueris, erit gratum mihi et acceptum sacrificium. Si est persona pia, gratum est sacrificium. Impius es, hypocrita, philautus, & superbus es, id corrige & eris mihi acceptus. Putas esse benedictum illud semen, id falsum

A P H O R I S . I N G E N . 305

sum est. Et contemnis fratrem tuum,
non habes ueram fidem nec charita-
tem.

Nullum peccatum manet occultum 28
& impunitū, reuelabitur aut hic aut in
futuro iudicio, peccatum cubat, occul-
tum iacet & quiescit usq; ad reuelatio-
nem & certum iudicium. Aut cubat re-
latione nostri consensus, nisi consen-
timus cubat & quiescit peccatum, co-
gere non potest , in arbitrio nostro
stat, admittere, aut reprimere pecca-
tum.

Hæc præmonitio fit intus in mente 29
cuicq; homini ante peccatum, aut palā
per uocale uerbum Dei.

Post hanc admonitionem Cain si-
mulat familiaritatem ad Habel tecto 30
odio. Et est gestus omnium hypocri-
tarum ad nos. Spem uultu simulat,
premit altum corde dolorem.

Multos exercuit & sollicitos habu- 31
it hic locus. Nonne si recte feceris aut

V . 5 bonus

bonus fueris recipieris, si autem maius fueris, ad reuelationem peccatum cubat. Erit subleuatio, id est, acceptio muneris tui, nam ex eleuatione sumis in cœlum, censemebant acceptiōnēm sa-
cristicij. Ambrosius secūdum 70 legit: Nonne si recte offeras, non recte aut
diuidas, peccasti, quiesce. Locus ē ual-
de obscurus, & multum laborat Am-
brosius in eo explicando. Item ad id
quod dixit Cain ad Habel fratrem su-
um 70 & Ambrosius addiderunt, ab-
camus in campum seu agrum.

32 Ecclesiæ imago est hic propriissi-
me depicta. Habet uerbum Dei, fa-
dem, sacramenta, opiniones, errores,
hypocritas, persecutores & occiso-
res.

33 Falsa est ergo illa Maxima. Ecclesi-
am errare non posse.

34 Hypocritæ commoniti simulant
familiaritatem, & loquuntur nobis
scum, sed non ex animo, ut in omni-
bus

bus colloquijs & disputationibus publicis & priuatis. Verba melle dulciora, sed ipsa sunt iacula. Habel typus est omnium piorum, sic Ioannes, Christus &c. Verbum legis, quid fecisti: penetrat cor & offa.

Cain occidit Habel occulte. Ita omnes hypocritæ euangelicos. Ibi iacet occisa quarta pars totius hominum totius mundi. Et cum requiruntur de facto negant fecisse. Ita fratres Ioseph dissimulabat patri uenditum Ioseph. Iudei nolebant notari de homicidio Christi. Act. 5.

Deus est piorum oppressorum patronus & uindex, agit ipsorum causam, nec relinquit in occulto iuxta ilud: Mihi uindictam ego retribuam, ego ulti existam.

Sanguis hic pro homicidio sumit. Factum ipsum clamat ad Deum, etiâsi dum nemo audet mutire & uindicare. Hunc locum copiosissime explicat Ambro-

broſius Lib. de Cain et Habel. Et Do-
minus punit, ſi nō magistratus punit.
Tunc non erat adhuc ius gladij & co-
ſtitutus magistratus. Sāguis clamat,
hoc ē, homines cōquerunt de malefi-
cio, & postulāt à Deo uindictam, nec
ceſſant clamare donec uindicetur aut
à magistratu aut à Deo ipſo. Sic pec-
catum Sodomorum clamat.

38 Hoc homicidium nimium ſolicita-
uit primos parentes quaſi primā cau-
ſam. Niſi peccafemus huius nihil cō-
tigifet. Idem Dauid cogitauit niſi cō-
cubuiffes cum Bersaba illæ pœnæ non
eſſent fecutæ.

39 Maledictus tu de terra. Non inquit
ē cœlo, ne plane præſcindat illi gratiā.
Eris omnibus hominibus inuifus &
detestabilis quamdiu uiuſis in terra ſeu
mundo, habebis ærumnosam & miſer-
rimam uitam, eris ſemper vagus & per-
terrīt̄ conscientię, quæ te ſemper ex-
ercebit.

Maior

APHORIS. IN GEN. 309

Maior est iniquitas mea, &c. Despe 40
rationis uerba sunt, ex prædicatione
legis.

Facies Domini, hic significat præ- 41
sentiam & communionem Ecclesie,
ut est in 1. cap. Ion. Rejciā facie Dei
& hominum, est contemptissimū esse,
& excommunitatum.

Nequaquam &c. Est particula gra 42
tia, & relictus locus & tempus poe-
nitentia. Item est probitio homicidij
& priuatæ vindictæ. Ego ultior existā
dicit Dominus. Et uoluit Deus hunc
homicidam esse exemplū aliorum ad
terrorem, ideo noluit occidere.

Signum illud communiter interpre- 43
tantur fuisse tremorem totius corpo-
ris, et indicat perterritam conscientiā,
& sensum iræ Dei.

Cain exiuit à facie Domini, relicitis 44
parentibus, & cæteris pijs. Ecce maxi-
mam mutationem. Cain hactenus pu-
tabat promissum semen & erat charis-
simus

simus filius, nunc fit homicida cōtem/
prissimus, & pfugus. Ita & hypocritæ
exorto Euāgelio. Hic fit prima diuīsi
o populorū, Ecclesix & synagogr im/
piorsi, filiorū Dei & filiorū hominū.

45 Genealogia impiorum primum de/
scribitur, quod impij coram mūdo flo/
rent. Pijs autem lugēt, Hanoch dicitur
geleidet, tutus à vindicta non est occi/
sore dignū, quo se suosq; tuctiores red/
didit à metu vindictæ.

46 Impij construunt ciuitates, male si/
bi conscijs muniunt se mœnijs, excogi/
tant delectamenta quibus leniant, clu/
dant & serenēt malā consciētiam. Pijs
interim lugēt suū occisum Habel. Ita
hypocritæ canunt in tēplis, faciūt sua
sacra, ludunt organis, choreas agūt.
Nos interim sub cruce, lugemus no/
stros occisos fratres, & dāna nostra.

47 Lamech est primus digamus, ut tan/
to cītius augescantur & praualeant
pijs. Ita hypocritæ quosuis ad se rapi/
unt

A P H O R I S. IN G E N. 311

unt ut numero præstent.

Deus etiam impijs dat benedictio/ 49
nem prolijs, & frugum, artium & ma-
gistratus, utiqz tamen sunt sub maledi-
ctione, ut Turcæ.

Homicidæ tandem male pereunt, 49
quantumuis diu uixerint nisi poenitue-
rint, ut Herod. Nero, Iudei, &c. Ad ge-
nerū cereris sine cede et uulnere pauci
descēdūt reges & sicca morte tyrāni.

Congregata & refulta Ecclesia in/ 50
cipit prædicare uocale uerbum de Deo
creatore, & semine promisso. Cain to-
to sux uitæ spatio nullum edidit signū
poenitentiaæ.

Lamech occidit suū tritauū Cain, & 51
quē Deus prohibuit occidi. Ideo maior
uindicta sumet de Lamech q̄ de Cain.

Heua purabat iā se esse opiniōe fru- 51
stratā et Deū auertisse suā gratiā dum
tot annis nullum parit masculinā pro-
lem, unde speranda esset salus. Post-
q̄ autem iam parit filium erigitur spe
&

et consolatione, propterea appellatfi
lium Seth, quasi iam posito fundamē
to promissionis, Deum seruaturū esse
suam promissionem.

53 Ecce quām repullulat Ecclesia, inter
impios, fere oppressa.

E X C A P I T E V.

1  Enealogia Ad̄e describit̄ pro
pter Christum, ut sciatur linea
eius, ex quib. patribus natus
sit.

2 Primogeniti tantum recensentur, q̄
erant exteris nobiliores, & quod suc
cesserūt in patrum suorum dominia,
& quod per eos descendat linea Chri
sti.

3 Primogenitura erat ueterum nobis
itas, & hæreditarius magistratus.

4 Seth pro primogenito assumitur q̄
Cain per fraticidiū, suo priuilegio ex
ciderat.

5 Summa patrum pudicitia, modestia
& temperantia, omniumq; uirtutum
exem-

A P H O R I S. I N G E N. 313
exempla, & uiuæ imágines hic notan-
dæ sunt.

Multi mirantur quæ fuerit causa lō 6
gissimæ illius ætatis patrum:

Radicale humidum fuit fortius et in 7
tegrius, natura hominis fuit synceri,
or fructus terræ & arborum fuerunt
maioris virtutis. Homines uixerūt tē
peratius in cibo, potu, uenere, sine cu-
ris avaritiae, abstinebant à peccato, imi-
tabant uitam originalem, morbi nulli
erāt, non ita debilitabant naturam.

Iam sumus nostri nosmet occisores, 8
& nostræ uitæ abruptores gula, uene-
re, curis avaritiae, ambitionis, &c. quæ
singula, certum est uitam hominis ma-
xime decurtare.

Quidam uolunt eos annos non fu- 9
isse tanto dierū spacio & numero de-
mensos, quo nunc numerantur.

Certe tunc æque ut nunc reuolutio 10
diei & noctis fecit diem, & reuolutio
ætatis & hyemis fecit annum.

X Adam

- 11** Adam est occisor omnium hominum
in mundo. Saturnus ille qui deuorator
mnes suos filios.
- 12** Christus est uiuificator omnium in
ipsum credentium. Rom. 5.
- 13** Hœnoch uiuus rapitur ab hac uita,
ad docendum quod sit alia uita apud
Deum præter & post hanc uitam. Ra-
pitur quoq; propter tedium huius ui-
tae dum ipse sancte uiuit, sedulo prædi-
cat & docet homines (quod cum Deo
ambulare, aut diuinā uitam degere ap-
pellatur,) ipsi cōtra magis degenerat
ad impietatem, & consoliantur cum si-
lījs hominum, ut sequitur, ita ut totus
mundus cœpit degenerare, & mature
scere ad diluuiū. Ita quoq; adhuc mul-
tiboni homines rapiuntur, & orant ra-
piex hoc scelerato mundo. Ro. 7. Phi-
lip. 1.
- 14** Hœnoch prebet imaginē, quomo-
modo homines si mansissent in origi-
ne trāslati fuissent ex hac uita, in æter-
nū

A P H O R I S. IN G E N. 315
nam & cœlestem, Ita quoq; Elias &
Christus.

Matusalah uixit 1000 annos, minus 15
31. Huius est longissima uita hominū
in terris. Hœnoch autem uiuit in æter-
num.

Omnia fere nomina patrū referunt 16
figuram promissi seminis, et admonet
eos redemptoris. Sic Noah quoq; ha-
bet memoriale nomen promissi serua-
toris, imo sustinet opinionē quod ip-
se sit seruator, postquam iam mundus
penitus ad impietatem deflexit.

E X C A P I T E S E X T O.

PEr continuationē instituit no-
tiam narrationem de Diluvio,
& primum describit causas, ui-
delicet hominum peccata & malitiā.

Hactenus fuit discrimen inter pios 2
& impios quos uocat filios Dei & fi-
lios hominum, nunc autem posthabi-
ta pietate deflectunt ad impietatē per
mala confortia, sub honesta specie ma-

trimonij. Ideo Dominus uetus in lege affinitatem iungere cum gentib. ne defleterentur ad idolatriam. Nam ut vir saluat vir propter mulierem, ita vir damnatur propter mulierem, id est, prebet occasionem. 1. Cor. 7.

3 Ita & nostris temporibus ex filijs Dei, facti sunt filij hominum & gigantes seu tyranni.

4 Filii Dei sunt ipsa Ecclesia, Ecclesia ab exordio erat bene instituta, officijs & ministerijs optime ordinatis per Episcopos, presbyteros, diaconos, & clericos. Dehinc ubi accesserunt opes, accessit quoque dominandi cupido, ita ut uere ex filijs Dei facti sunt filii hominum, ex episcopis facti sunt imundi principes, imo gigantes, et tyranni. Ita nunc eadem facies est nostri seculi, quæ fuit ante diluvium, Ergo proxime sequetur diluvium ignis.

5 Ut tunc ita & nunc filii Dei consoliant se cum filijs hominum, hoc est episcopi

A P H O R I S . I N G E N . 317

piscopi confederant se cū impijs prin-
cipibus, & fiunt potentes & uiolētis-
simi tyranni.

Atq; hæc malitia nō tantum cœpit ⁶
Noah tempore, sed etiam longe ante,
sub patriarchis, quācito homines cœ-
perunt multiplicari. Dominus tamen
semper conseruauit suam Ecclesiam,
ab integro excitato patriarcha. Ita &
nostris temporibus restaurat & re-
nouat Ecclesiam redditio euangelio
Christi qui uere est patriarcha noster.
Idq; faciet usque ad finem mundi.
Sed tandem conualefcet iniquitas ho-
minum & maturerunt ad iudicium,
ut tunc maturuerunt ad diluuium.

Matt. 24.

Ambulare cum Deo, tropus hic ē, ⁷
& significat pie & sancte in timore
Dei & innocentia uiuere, idemq; alios
docere. Aut significat rem publicam,
sancte & pie instituere & administra-
re, non secus ac si Deus ipse gubernas-

ret & p̄sideret. In hebreo est יְהֹוָה נָתַן חֶלְבִּים אֲתָּה חֶלְבִּים תְּחַנֵּן Idem postea de Noah dicitur. Non absurdum est et si uerteretur, imitatus est Henoch Deum, & Deum imitatus est Noah, quia est uerbū commune apud hebreos quartæ coniugationis יְהֹוָה. Ein gottselig wäsen v̄rhen. Noluit imitari filios hominū, sed prestitit in pietate. Qui cum ingenij conflictatur eiusmodi, neq; commouetur animus, in ea re tamen scias posse habere iam ipsum suæ uitæ modum.

8. Caro tripliciter sumitur in literis sacris primum proprie. Secundo pro humana natura adhuc syncera, ut Christus uenit in carnem. Verba: caro factum est, et erit una caro, Gen. 2. Tertio significat uitiatam naturam hominis ut hic.

9. De Deo loquitur scriptura humano more, & tribuit illi affectus, cū tam nullis afficitur; ita appellat eum hic

APHORIS. IN GEN. 319
hic poenitere, alibi misereri, luctari, irasci, &c.

Poenitere, Dei est institutum mutare, 10
ut Psal. 110. Iurauit Dominus et non
poenitebit eum.

Area est ecclesia, aut Christus ipse. 11
Diluvium est baptismus in quo quicquid in nobis est carnale, seu peccatum
submergitur & perit. Spiritus autem
per fidem in Christum seruatur.

Summum damnum, poena, et certissimum indicium est iudicij Dei quando
Dominus aufert vocale uerbum, cuius officium est arguere mundum de pecato, iusticia, & iudicio, quod si homines contemnunt & aspernantur, Dominus aufert, quia faciunt seipso indigos tanto & summo thesauro.

Homines impatientes obiurgatio 12
nis spiritus Dei, statim ruunt ad securitatem, deinde ad omnia uitia, & dum adest felicitas & successus, perdurant ac nunquam poenitent, ibi nullum est

remedium quām iudicium Dei.

- 14 Idem uideamus contingere & usque
magis proficere nostris temporibus
nostrī filij Dei, hoc est euangelici, iam
paulatim degenerant ad impietatem,
& securitatem. Et sic maturescet mun-
dus ad iudicium extremum. An putas
cum uenerit filius hominis inueniet sū-
dē, id est, fidelem, in terra, quia uoca-
le uerbū, unde fides dāt, nascit, contē-
nitur et aufert, homines relinquentur
suis libidinibus, & cupiditatibus.
- 15 Non tamen præcipitat iudicij Do-
minus, sed relinquit tempus pœnitē-
tia, id facit ex abūdantia misericordiæ
suæ. Ita uocale uerbum Dei ante finē
mūdi cessabit, q̄a ibit in contemptum,
relinqueturq; locus pœnitentiæ, sed ni-
hil fiet. Tēpus inter peccatū & pœna
locus pœnitētia ē. Eius nos admonet
spiritus sanctus, hodie si uocē eius au-
dieritis nolite obdurare corda uestra.
Tyranniseu gigātes, hebraicē מִלְחָמָה
dicuntur

dicuntur à בְּנֵי יִשְׂרָאֵל q̄ ruere aut opprime, re significat, uere ergo tyrāni dicūtur hominū oppressores, qui sua tyranni de obruunt, & opprimunt homines, ut Poëta de Ciclopibus & Polyphe- mas Centauris fabulantur, pariter in ecclesiasticis & politicis negotijs.

EX CAPITE SEPTIMO.

Narratio diluuij, omniū gestorum in mundo, est horrendissima, prater crucifixionem unigeniti filij Dei, & quod futurum est, iudicium extremum.

Quām horrenda est hæc facies iudi-
cij Dei, hic simul pereunt pariter filij
Dei, & filij hominum, adeo nihil ius-
uat nomen & titulus.

Vt ante diluuium imminuta & con-
tracta est ecclesia usq; ad 8 homines in
toto mundo. Ita ecclesia ante finē mū-
di contrahetur ad paucissimos, ut uix
unus aut alter reperiatur uerus Chris-

X 5 stianus,

stianus, iuxta illud: An putas inueniat
filius hominis fidem in terra?

- 4 Quod est omnium horrendissimum
simul pereunt & in terrum damnati
sunt infantes in cunis, nihil ad huc ma-
li operati.
- 5 Dominus malam arborem unam cum
fructibus excindit & eradicat, mala ar-
bor mali fructus, mali corui malorum,
sequitur patrem sua proles. Etiā
si infantes fuissent seruati, ubi adole-
vissent utique patris assent, uix ipsius
Noah filii sunt synceri, Cham statim
à diluvio degenerat.
- 6 Arca dicitur, non nauis propter for-
mam arcæ, & quod nullam habet na-
uis formam & instrumenta nautica, nō
malum, rudentes, uela, remos aut clas-
uum sed tantum fluctuat.
- 7 Hic fides Noah est ualde nimis ex-
ercitata hic perit totus mundus, tot cog-
nati, affines, amici, ipse cum paucis su-
is fluctuat in aquis.

Arca,

Arca, Ecclesia & Christus ipse est,⁸
 Diluuium est baptismus, in quo quicquid caro est perit, spiritus per fidem
 in Arca, Christo seruatur.

Diluuiū Euangelij submersit apud⁹
 nos hypocrisim. Diluuium Turcatus
 submersit ingratam Græciam.

Timeat quisq; sibi à se se & nihil trahat
 uano titulo, quin timeat Dominum &
 paueat ab ira eius, & corrigat
 uitam suam.

Proculdubio præualēte diluuio clamauerunt ad Dominum titulo tenuis
 filij Dei, sed frustra. Clamaui & nō audierunt, clamabunt ipsi uicissim & nō
 exaudiam Pro. 1. Pro hac orabit ad te
 omnis sanctus in tempore oportuno
 Psal. 32. Hodie si uocem eius audieritis
 nolite obdurare corda uestra.

Infantes infidelium non baptisati¹²
 damnātur. Infantes fideiū morte præoccupati ante baptismum, sed per orationē Christo Deo cōmendati, Chri-

stus

stus suscipit. Omne quod uenit ad me
nō eiſciam foras, sed resuscitabo illud
in nouissimo Die, Ioan. σ.

- 13 Titulus Christianus nihil iuuat ad
salutē, nisi habeas Christianismi pro/
pria, fidem in Christum, timorem Dei
& uitam emendatiorem.
- 14 Nemo aufert peccatum suum inul/
tum, timeat ergo Dominum & corri/
gat uitam suam.
- 15 Aquarum decies plus est quam ter
ræ, sed sunt in uenas terræ recōditæ &
in oceano, hic autem undequaꝝ pro/
deunt.
- 16 Deus ad diluuium non ab integro
aquas creauit.

E X C A P I T E V I I I .

- 1  Arratio est discessus diluuij, i/
ræ, & iudicij Dei.
- 2 Deus non destituit suos in
tētatione, fidelis est adiutor in tempo
re oportuno.
- 3 Montes Ararat, aiunt esse montes
Armeniæ. Cor/

Coruus non redit, cadaueribus pa- 4
stus.

Arca est ecclesia, Noah præses Ec- 5
clesia, Corui sunt mali cōcionatores,
Columba signat bonos concionato-
res, Columba ore fert foliū oliuꝝ, Bo-
ni concionatores prædicant uerbum
gratiꝝ, Corui uorāt cadauera, pseudo
doctores prædicant traditiones, et me-
rita.

iussu Dei ingressus est Noah arcā, 6
iussu Dei egreditur. Ita est nos iussu
Dei faciamus omnia, & erimus grati-
& dilecti Deo.

Deus quasi ab integro repetit bene 7
dictionis uerba.

Noah agnoscit propitium Deum, i- 8
deo erecto altari, & holocaustis cre-
matis gratias agit Deo, pro seruata sa-
lute, & ut porro uelit esse propitius.

Piorum sacrificia, obedientia, fides, 9
& oratio sunt Domino gratissimus
odor.

Deus

- 10 Deus abdicat generale diluvium, excepit tamē priuatas poenas & plagas.
- 11 Descriptio humanæ naturæ à Deo ipso ponitur, ne quis sibi fingat probitatem.
- 12 Obiter indicat Dominus finitum esse mundum, & suo tempore peritum.

E X C A P I T E I X .

- 1  O mundo, & nouo populo repetit Dominus ab integro uerbum benedictionis, & dominij, additę maiorem libertatę ciborum in esu carnium postquam salta quæ diluvij, corruperunt herbarum & arborum naturalem uigorem.
- 2 Hinc liquet homines ante diluvium non comedisse carnes.
- 3 Prohibet sanguinis esum, ne sumus sanguinarij, nec secundum crudelitatem in bestias, sumus quoq; in homines.
- 4 Sanguis est animæ sedes, ideo uult sanguinem esse liberum.

Hic

A P H O R I S . I N G E N . 327

Hic primū instituit ius gladij, & magistratum, hactenus fuit magistratus in patriarchatu, quantum ad gubernandum, non ad occidendum.

Nouo populo nouas præscribit leges, fœdus, & sacramenta. Ut repudiat populo Iudaico, gentes recepit & nouum fœdus cum eis percussit.

Abrogatio generalis poenæ, nō impedit particularem, ne simus securiores.

Mundus ab hinc non in aqua sed igne peribit.

Iris seu arcus ille fœderis, & forma ex incognita materia, sacramentum Dei, ad confirmandum uerbum fœderis, & admonet nos seueri iudicij Dei, horrendæq; illius historiæ, hortat nos ad timorem Domini, ad poenitentiam, & ad fidem erga Dei promissiones.

Parum refert scire iridis materiam, modo sciamus, & diligenter mediteremus

mur eius causam efficientem, & final
iem.

- 11 Quod si iris esset ex rorida nube, col
lorata ex radijs solaribus, Ergo quoque simul cum nubibus impelleretur a vento, quod non fit.
- 12 Item parum refert scire an iris fuerit ante diluvium, & postea facta sit arcus foederis.
- 13 Philosophi de materia & extate dis
putant, neglecta causa & fine, quod est potissimum. Nam in terra exercet, quod a Deo percipit. Ergo Deus dat suae benedictionis influentiam in terram. In terra labor, in cœlo fides.
- 14 Vini cultura est occasio ebrietatis Noah.
- 15 Ebrietas & denudatio Noah, est occasio irrisio Cham.
- 16 Cham non excusat, ebrietas & denudatio paterna.
- 17 Peccata, fragilitates, & errores parentum, & magistratus, filij & subditos tegeat.

legere & dissimulare debent non irridere & traducere si ex fragilitate, ignorantia, & imprudentia sunt, quoniam homines sunt. Quod si autem consulti & temere sunt non dissimulanda, ut in tyrannide. Matt. 10. Qui non odit patrem aut matrem, &c. Matt. 18. Si oculus tuus scandalizat te, erue.

Cham irridebat patrem, ideo maledicitur. Ita maledicentur omnes irrisorum parentum, & magistratus.

Sem & Iaphet benedicuntur quod tegunt patrem. Ita benedicentur omnes qui dissimulant maiorum errores, & fragilitates per imprudentiam commis-
tas.

Nuditas Dauidis occasio irrisioneis 20
Michol. Neutrum tamen excusat occasio, nec Cham nec Michol.

Michol maledicitur quod suum nudum Dauid irritavit, 2. Reg. 5.

Nuditas, hic est cuiuscumque fragilitas, 22
imprudenter commissa.

Y Occa-

- 23 Occasiones peccandi debemus prohibere, non committere. Oblatas autem occasiones debemus dissimulare, & tegere.
- 24 Propter uitandam ebrietatem multi uini culturam prohibuerunt ut, Rechabitæ, Licurgus.
- 25 Vinum est bona creatura Dei ad letificandum cor hominis facta, non est occasio ebrietatis, sed nostra intemperantia.
- 26 Non inquit maledictus sit Chā, sed, inquit, maledictus sit Chanaan filius Cham ad significantum peccatum patris redundaturum in filium & posteritatem eius, quod factum est in deletione Chananeorum.
- 27 Ecce Cham uidit & expertus est diluvium, uidit horrendam iram & iudicium Dei, attamen hic ad ingenium redit, & mores prioris seculi refert. Ideo nemo presumat & glorietur de constantia, sed qui stat uideat ne cadat.
Sem

A P H O R I S : I N G E N . 331

Sem consequitur benedictionē Mes̄²⁸
six in semine suo, à Sem uenit Abrahā
& iudæi. Sed obserua quod de laphet
dicit, uidelicet q̄ habitatus sit in ta/
bernaculis Sē. A laphet uenerunt gen/
tes. Iudicat laphet participem fore be/
nedictionis Seti. Aut laphet successu/
rum in locū Sem, hoc est a iudæis trās/
ferendam esse benedictionem ad gen/
tes.

Maiorū errores, fragilitates, & mā/
la exempla non sunt imitanda, nec pa/
trocinantur nostro errori. Ita ebriē/
tas Noah non est imitanda.

E X C A P I T E X .

Otum hoc caput genealogias¹
filiorum Noah describit, un/
de respersus & consitus est tō/
tus orbis terrarum, otiūdi, ut apparet,
ex Mesopotamia, aut circā, que est iu/
xta montes Armeniæ in quibus desi/
dit Arca.

lapheth ad Aquilonem, & ex par.²

te ad occidentem & orientem concessit. Ham ad meridiem & occidentem. Sem ad meridiem et orientem recessit. Inter Iapheth & Ham limes est mare mediterraneum. Inter Iapheth & Sem limes est Taurus seu Caucasus. Inter Sem & Ham Euphrates terminat.

3 Iapheth, à Poëtis Iapetus dictus, ut natu maximus primum describitur, cuius filij qui erant natu minores logius recesserunt à centro, è cōtra natu maiores propiora loca occupauerunt.

A Iapheth & filij.

4 Omer Magog, Madai, Iauan, Thubal, Mesech & Thiras.

5 A Gomer Galata, alijs Iceni, alij Cimbri, Galli.

6 A Magog Schytak, quorū primus rex Tanais fuit Tartari à quibus Turcæ, Getæ.

7 A Madai Medi.

8 A Iauan Iones, Græci antiquiores.

9 A Thubal Colchi, Iberes à quibus Hispani.

A Me-

APHORIS. IN GEN. 333
A Mesech Cappadoces, Moscouij, 10
& Amazones.

A Thyra Thraces. 11
Filij Gomer sunt Ascenas, Riphath 12
& Thogorma.
Ab Ascena Gotthi. Dehinc ab eius 13
filio Thuyscone Germani, Theuto-
nes & Sarmatæ.

A Riphath Riphæi. 14
A Thogorma Phryges. 15
Filij Iauan Elisa, Tharsis, Chithim 16
& Dodanim.

Ab Elisa Aeoles seu Helles. 17
A Tharsis Cilices, eius nominis ce 18
lebris urbs est in Cilicia Tharsus, pa-
tria S. Pauli, quo fugit Jonas.

A Chithim Macedones. 19
A Dodanim Rhodij. Horum filij et 20
nepotes, porrò remotiora occupaue-
runt loca.

Ham.
Ami junior ut felicissimus pro 21
xime describitur, & ut appa-
reat

334 PET. ARTOP.

reat maledictionē patris quasi falsam
esse, cuius filij sunt Chus, Mizraim,
Phuth & Canaan.

- 22 A Chus Aethyopes, alijs Arabes.
- 23 A Mizraim Aegyptii.
- 24 A Phuth Libijs seu Aphricani interi
ores.
- 25 A Canaan zidonij & Cananxi, alijs
Syrios addunt, A Tyrijs & zidonis
Carthaginenses.
- 26 Filij Chus Seba, Heuila, Sabtha.
- 27 Rama & Sabtecha.
- 28 A Seba Sabæi, Arabes.
- 29 A Heuila Getuli.
- 30 A Sabtha Sabatheni.
- 31 Filij Rhama sunt Scheba & Deda.
- 32 A Scheba Arabes. Scheba urbs est
Aethyopix, ex qua uenit regina illa
Austrix ad Salomonem.
- 33 Chus genuit Nimroth q uenatoris
nomen sortitus est, non quod tantum
lepores & ceruos, sed quod alias nati
ones uicinas, ex sorte Se, uenatus sit,

A P H O R I S. IN GEN. 335

& vi occupauit. Et primus incepit auit regnum & administrationem politiam, extra consuetum hactenus motu. Nam hactenus summum imperium & magistratus erat apud patriarchas. Alij mitius interpretatur quod fuit insignis venator & persecutor malorum, furum & latronum quod competit in verum et bonum magistratum, id inde colligit quod additum est, Coram Domino, Vnde postea natum est prouerbium de quolibet insigni.

Nimrod primus incepit auit Marchia, sed Dominus non concessit, nam transalata est ad Assur seu Assyrios filios. Sem fundat, edificat amplissimas ciuitates Babel. Erech. Acad. & Chalue in terra Sinear. Erech postea appellata est Edessa. Acad. Nisibis, Chalue Seleucia postea Ctesiphon. Sinear est campestris regio horum iuxta Euphraten.

Assur conterminus Babilonijs, pro 34

pter uenationē Nimroth causatus est
ædificare Niniuen Calah & Resen.

35 A Mizraim filijs, disternatæ sunt
Aegyptiacæ prouinciaz, usque Phili-
stijm, his contermini sunt Cananzi, q
per filios Israël, extincti sunt ut tādem
uera esset Noah maledictio de Cana-
an.

36 Sodoma, Gomorra, Adama, Zebo-
im & Lasa, sunt quinque illæ ciuitates
quæ cœlesti incendio perierunt, Infra-
19.

Sem.

37  Em postremus describit ut pri-
orib. absolutis, pse quat' linea
Christi, & q̄ impij p̄ p̄s uidet'
in hoc mundo splēdidiores. Appella-
tur pater filiorum Eber propter bene-
dictionē promissi semini's, nam in cog-
nitione Ebermansit primitiua lingua
hebræa, & linea Christi.

38 Sem filij, sunt Elam, Assur, Arpha-
xad, Lud & Aram.

Ab

Ab Elam Elamitæ, id est, Persæ, Me³⁹
di, Parthi, Sogdiani, Bactriani, Atra/
mitæ.

Ab Assur Assyrii. 40

Ab Arphachis ad Chaldaæ. 41

A Lud Lydi. 42

Ab Aram Syri & Mesopotamij. In 43
de Aram Syria appellatur alias Ar/
menia magna, & propter suas diuini/
oneas uarias sortitur appellatioes. Pa/
dan Aram. Robat Aram seu Arā Re/
hob. Reg. 10. Aram Maacha que est
Syro phœnitia. Item Aram Zoba, est
ipsa Palestina. Porrò Arā Naharaim
duorum, id est, duorum fluuiorum, est
ipsa Mesopotamia.

Filij Aram sunt Vz, Hul, Gethur 44
& Mas.

Vz Traconitidē & Damascū funda 45
uit, in huius terra habitauit Job. Job. 1.

Hul Armeniam incoluit. 46

Gethur Bactrianos, Acarnanios seu 47
Carios fundauit.

48 A Mas Mesanea prouincia quæ alii
as Arax.

49 Arphachsad, manet in linea Christi, Filiij Arphachsad Eber & laketan,
Eber manet in linea Christi, & in eius
progenie manet lingua Hebræa. Filiij
laketan multi sunt & ipsorum regio-
nes non recēsentur, proculdubio sunt
ultra Indiam ad orientem, ubi est lati-
sima terra, & amplæ regiones.

50 Ophir filius laketan ad Gangen, se-
dit ubi reperitur aurum optimum di-
ctum Ophirisum seu Obrizum allatū
Salomoni.

51 Ab Heuilia sunt Indi Mas Meßam
regionem Indiæ denominauit.

E X C A P I T E X I .

A Edificatio turris Babylonica
figurat omnem humanā præ-
sumptionē citra Dei uerbum,
tantum ad eum finem celebret nomen
nostrum, cum solum nomē Dei ope-
rat celebrari & sanctificari.

Hac

Hæc ædificatio, ut appareat Nimroti²
cis cœpit, qui uī & uenatione occupa/
uerunt Chaldaam, filijs Arphac sad ty
rannide oppressis, protrusis, et patria
terra idololatria prophanata, ut tan/
dem coacti sint emigrare, ut postea au
diemus de Tharah & Abraham.

Filij Cham affectarunt monarchiā,³
sed Dominus noluit aspirare, ideo di/
sturbauit propositum. In tribu Cham
nulla unquam fuit monarchia. Primū
in tribu Sem fuerunt duæ monarchiæ
ut apud Assyrios et Persas. In tribu Ia
pheth fuerūt quoq; duæ, ut apud Græ
cos & Romanos. Ut Nimroth tunc,
ita sui posteri Mahometistæ nunc, afte
ctant monarchiam, & uenant seu præ
dantur latissime, & crudelissime.

Descendit & cōspicit Dominus hu⁴
manas præsumptiones. Quū enim res
ad fastigium uenerit, & Deus eum fa
stū longius sustinere non potest, tunc
destruit & disturbat.

Deus

5 Deus iam præsciuit et conspexit o/ mnia, sed quod dicitur descēdere & ui dere, id loquit̄ scriptura humano mo re, ut præbeat omnibus iudicibus exē plum ne sint nimium præcipites in ju dictio, quin prius uideant & audiant, quām sententiā dicant. Descēdamus, &c. est expressus locus Trinitatis in una Deitate.

6 Huiusmodi turres multæ extuctæ sunt in omnibus regnis, inter haereti cos, diuites, tyrannos, quæ cum ad fa stigium uenerint corruunt, ut maneat Christi sententia uera. Omnis planta tio quam non plātauit pater meus cœ lestis, eradicabitur. Matt. 15.

7 Ita hæc turris abiit in prouerbiū de omnibus humanis præsumptionibus, & traditionibus quæ merito dicendæ sunt babylonicae turres. Huc facit illa fabula de Gigantibus uolentibus cō scandere in cœlum. Item illa sententia Poëtica: Parturiunt montes nascetur ridi-

A P H O R I S . I N G E N . 341.

ridiculus mus. Ut Babylonica turris,
destruitur ita omnes disturbance^{es}
regnum, familiarum fiunt, diuisio-
ne linguarum & mentium, cum aliud
logitur & uult.

Populum per linguas diuisit ut pos-⁸
set dispergi per totū mundū. Et quos
hic per linguas dispergit, postea per
linguas conuocat in unitatem Eccles-
iae Actor.2. Dominus adificationem
turris qua ascenderēt homines in cœ-
lum, linguarum diuisiōe disturbauit.
Sed cum Deus turrim adificauit (Chri-
stum)qua ascenderemus in coelum lin-
guarū beneficio omnes homines per
totum mundum conuocat. Quod ho-
mines pr̄sumūt, disturbat. Quod De-
us intendit, ad id conuocat omnes ho-
mines.

Post illam diuisionem linguarū ac-⁹
cessit aliud & grandius malum, uideli-
cet idololatria, hoc est, imaginarius
cultus Dei, eam aliqui uolūt suisse Vr,

id

id est, ignem, alij autem fuisse idolum Beli, primi regis quod crexit Ninus filius eius.

10 Propagato regno, propagatur quoque religio, aut uera aut falsa. Ut Romani suam abominationem in templo Hierosolymitano statuerūt, Matt. 24. Turcus suū Mahomet, ita tota terra, p̄phanata est ista idololatria, ut uix superest una familia, ut ante diluuiū. Et tādem coēgit ipsum Thare cū filijs suis emigrare patrio solo, in Aram Syrię quæ est Mesopotamia, ex qua postea uocauit Dominus Abraham in Canaan.

11 Abram & Nahor ducunt filias fratris sui Haran in uxores, quod certe coēgit eos necessitas, nam oēs iam ad idololatriam deflexerunt. Ne ergo idololatras ducerent uxores, nūc filias fratris sui darent nuptiū idololatris acceperunt sibi ipsis in proprias uxores. Idem liceret Christianis in Turca-

APHORIS. IN GEN: 343

tu. Inter duo mala , aiurit , aut in honesta , minus est eligendum . Hinc apparet quis status rerum fuerit eo tempore , & quanta necessitas eos exercuerit . Nunc uetus personas ducunt , aut nuptui tradunt , propter diuitias , et bona , quæ uocant .

Absolutis genealogis Iaphet &¹²
Ham , prosequitur & perseverat in genealogia Sem , quæ est linea Christi , p totum hunc librum . Et solum primo geniti recensentur quod erant nobiliores & haeredes benedictionis .

Proficiscitur Tharah ex Chalda¹³ cum filiis suis , abiturus in Canaan , sed uenient usq^{ue} in Mesopotamiam , Harran usq^{ue} ibi habitant , ibi moritur Tharah . Inde uocat Dominus Abram , relictio ibi fratre suo Nahor cum Milca uxore eius . Abram , pater excelsus Satri , domina mea dicitur .

EX CAPITE XII.

- 1 **B**euiter & quasi in transcursu
absoluta genealogia patrum,
iam prosequitur historiam Abra-
ham, quem ponit & prædicat scripturam
pro uiuo exemplo fidei, & absolu-
tissimam uitam, & pro patre omnium cre-
dentium
- 2 In ualescente idolatria, quæ cœpit in
Chaldæa & paulatim dimanauit circu-
que in omnes terras, & solis filius
Eber manentibus in uera pietate, mul-
ta passus est Abrahæ propter fidei &
ueræ religionis constantiam ab idolola-
tris, ita ut coactus sit tandem, & Do-
minus iussit eum emigrare patrio so-
lo.
- 3 Nimrotidæ propter maledictionem
ataui sui Noah, & secundum exem-
plum auti sui Ham negligebant bene-
dictionem promissi seminis, & usque
profecerunt malitia & idolatria. I-
dem semper mundus facit contemptio &

& neglecto uerbo proruit ad scelera.
Promissio iā fere extincta, oblitio/
ni tradita ad paucissimos relapsa apud
paucissimos hæres, Abræ repetitur &
certa promissione renouatur.

Abræ benedicitur quod in fide be/
nedicti seminis permanxit. Et propter
benedictum Abram benedicuntur o/
mnes, qui ipsum fouent. Ita propter
Christum sumus benedicti, & benedi/
cuntur omnes, qui nos propter Chri/
stum recipiunt Matt. 10.

Quisque in sua patria & inter suos 6
cognatos naturali iure cogitūt mane
re, & beneficia repēdere. Qd'q nō fa/
cit desertoris crimine accusatur, & be/
neficiorum immemor est, et ingratus.
luxta illud, non solum nobis nati su/
mus, &c. Nec licet emigrare nisi cogat
nos necessitas, & uocemur alio clara
uoce diuina Mat. 10. Qui non reliquē/
tit patrem aut matrem fratres & soro/
tes, &c. propter me, nō est me dignus.

Z Cor.

- 7 Corrupto toto mundo post diluvium per idololatriam Dominus solam Abraham inuenit sincerū in fide promissi seminis, hunc ex media idololatria uocat & eligit sibi suamq; progeniem in peculiū. Ita Dominus solam ecclesiam ex toto mundo selegit & segregat sibi in populum.
- 8 Dominus ex paruis principijs colligit magnam copiam & multitudinem populi sui, ita semper fecit & ludet in humanis diuina potentia rebus. Exemplum domesticū est nostro tempore exorto euangelio.
- 9 Toto mundo per hypocrisim corrupto, Dominus unum hominem uocat, eligit, segregat, benedicit & crescerē facit in infinitam multitudinem.
- 10 Magnū illud nomē est, celebris illa fama de Abram de eius fide, promisso saluatore et integritate.
Abram est 75 annos natus, dum emigrat,

grat, ergo non uoluptas eum prouocauit, sed necessitas, & uocatio.

Vocationi Dei obediendū est. Vocationis 12
Dei est quoties legitime uocatur. Sine uocatione nusquam profi-
ciscendum, nec quicquam suscipiendū
est, ne habeamus malos euētus. Quic-
quid in uocatione accidit, Dominō p-
mittente accidit, ipseq; succurrit necel-
laci. Quicquid extra uocationem ac-
cidit poena præsumptionis, & plaga
diuina est.

Abram ignarus certi loci, usq; per- 13
rexit donec Deus dixit, terram hanc
dabo semini tuo. Ita tentat Dominus
Abraham per longum illud iter, Ab-
raham rursus magnanimus perstat, et
euincit omnes molestias.

Præterea & Sarai præbet honestissi- 14
ma & obedientissimæ uxor is exem-
plum, non moleste fert, derelicta pa-
tria, peregrinari.

Abram quāvis est hereditarius Dei 15

minus terræ Canaan, utiq; uiuit in ea
peregrinus & aduenia, nihil præsumit,
ita omnes pij in mundo.

16 Venit usq; Sichem ad confinia Ca-
naneorum & Philistinorū. Ita adhuc
semen Abrahæ est in medio nationis
prauæ. Ecclesia inter Turcam & Hy-
pocritas.

17 Postquam iam uenit ad certum lo-
cum, audieratq; certam promissionem
benedicti seminis, erigit altare Domi-
no ut gratias agat, & porrò inuocet
Deum, atque ut prædicet de promisso
benedicto semine, certe non fuit sur-
dus & mutus auditor.

18 Dominus benedicit Abræ spiritua-
liter, manente utiq; maledictione cor-
porali.

19 Promissio de benedicto semine, ha-
bet inclusas oēs circumstatiās. Quod
si omnes tribus terræ sunt benedicen-
dæ in illo semine, ergo auferet illa ma-
ledictio de peccato, morte, ira Dei, re-
stitueret.

A P H O R I S. IN G E N. 349

stituenda est integritas originis, uitæ
æternæ, iustitiae. Interim tamen manen
te maledictum carnis, donec uiuit cor
pus peccati.

Illa promissio lætitificat mentem, & 20
euincat omnes molestias uitæ. Obser
ua magnas molestias & uarias pere
grinationes. Primum longum iter est
ex Mesopotamia ad Sichē in Canaā, à
Sichem ad Bethel, à Bethel paulo lon
gius ad austrum fortasse usque Berse
ba. Ab hinc in Aegyptum, atque hoc
non in ætate iuuenili, sed iam natus 75
annos à prima profectione.

Semini tuo dabo terram hanc. Isdē 21
verbis Dominus fert sentētiā de oc
cidendis Cananeis. Sic approbata no
stra doctrina, damnatur tota doctrina
Hypocritica.

Ita Dominus uocat omnes Christia
nos ex hoc mundo in terram aliam, ui
tam æternam, per promissionem æter
nae benedictionis in Christo. Hac pro

missione impulsu surgimus , relinquimus mundum, & omnia eius commoda & querimus promissam terrā Heb. ult. Quotquot pergunt perueniunt, quotquot retrogradiuntur non perueniūt. Ita Abr̄ē historia uere nostra est.

22 Dominus à prima apparitione & uocatione tacet , & tentat Abrā quid uelit facere, an uelit progredi an retro gredi, usque dum ueniat ad certum locum. Abram autem perstat & progeditur diligenter secum repetens promissionem de certa terra, & semine benedicto. Ita & nos à prima uocatione euangelij sinit, permittit & tentat nos Deus an uelimus pergere & perstare in fide. Nos autem per singulas cōciones diligenter repetimus & apud nos meditamus uerbum euangelij, usq; dū perueniamus in cōclum.

23 Abram ubi ad iam detestinatū locū uenerat, & Dominus sibi apparuerat, hanc esse destinatam terram , & fore hāredi-

hæreditariam. Aedificat Domino altare, hoc est, iam quietus à profectio-
ne incepit exercitium pietatis, primū
ut gratias agat Domino qui hactenus
per viam deduxit, protexit, promisit,
&c. Item prædicet & doceat alios de
promissione terrestri & spirituali, di-
ulgavit renouatū sibi articulum iusti-
ficationis, qui omnia cōpletebitur. At
que hoc nō facit pro suo arbitrio, sed
ubi apparuit illi Dominus. Ita postea
Dominus prohibuit cultum sui, nisi
in eo loco quem ipse sibi elegerit. Sic
nemo debet sibi cultum Dei eligere,
nisi quem præceperit Dominus.

Abram iam est in terra promissa, &
hæreditaria, nihilominus tamen pere-
grinatur ut hospes. Ita & pīj omnes in
mundo.

Proficiscitur in Aegyptum cogen-
te necessitate famis, non ut tentet De-
um. Illuc cum uenit aliud oboritur pe-
ticulum de uita, propter pulchritudi-

nem uxor is, ibi cogit & excusat eum
necessitas metiri, maxime propter p/
missionē de benedictō semine quod
ex eius progenie proueniet.

27 Abram data uxore Pharaoni, com/
mittit rem Deo. Dominus rursum cu/
rat pro eo, ita ut iam nō tantum patiā
tur ut hospitem sed etiam reuereātur,
ut eū qui curæ est Domino. Ita & nos
in omnibus necessitatibus debemus
rem committere Deo, ipse proculda/
bio curabit.

28 Minus peccatum est mentiri ex ne/
cessitate sine alterius damno, & absq/
impietate, quam mori, aut occidi.

29 Ut Abram, ita Ecclesia Christi, &
euangelium peregrinatur per terras.

E X C A P I T E X I I .

1  Bram peregrinatus in Aegy/
pto, redit in Canaan, ubi rur/
sum accipit reuelationem &
promissionē Dei de certo loco & ter/
ra hæreditaria. Bone Deus quam diu
&

& s̄pē permittit Dominus grandeū suum Abram incertis sedibus fluctuante, & quām patiens bonus ille Abram in crebris illis & difficilibus mutatiōnibus.

Bene conuenit inter Loth & Abrā, sed cōueniebat inter ipsorū pastores, unde s̄p̄ius etiam erat fortasse cōtentio inter Loth & Abrahā. Ne aut̄ istis rixis discinderetur amicitia, separant potius, & Abram relinquit Loth optimem. Ecce quāta est mititudo aut mā suetudo Abram.

Ecce etiam sancti patres spiritu Dei plenissimi, sentiūt aliquando aculeos carnis. Ita Paulus cum suo iūctissimo Barnaba contendit de Marco, adeo ut inuicem separarent. Act. 15.

Si quando ergo non conuenit fratribus in eodē officio aut propter se, aut suos, priusquām darent uulgo mala exempla et fouverent odia, separēt potius. Nam Domini est terra & plenitudo

nitudo eius. Omnes oculi fortis patria
est, &c. Beatimites.

5 Ex crebra contentione oriuntur ri-
xx, lites, iurgia, similitates, odia, dam-
na, homicidia, demū æterna perditio.
Eius optimum remedium est separatio,
Et quanto longius dividuntur corpo-
ra, tanto arctius conglutinatur men-
tes. Amantium iræ amoris integratio
est. Ita Dominus s̄epe nisi nos separe-
mus ipse met separat per conting-
tias, aut mortem.

6 Sodomitæ propter rerum abundan-
tiā insolescunt & fiunt lasciuiores. Ita
diuitiæ s̄epe etiam sapientum animos
fatigant, & mutant in deterius. Primū
ex abundātia nascitur liberalitas, seu
largitas, ex liberalitate cōuiuia, ex mu-
tuis & crebris cōuiuīs nascitur luxus,
ex luxu nascitur obliuio Dei, securi-
tas timoris Dei, & dehinc omnia ui-
tia. Exēplum est ferè tota germania.
Eius optimum remedium & beneficiū
Dei

Dei est fames, caritas, paupertas, &c. ⁷
 Post illam separationem Dominus
 renouat promissionem, de terra Cana
 an possidenda hæreditarie, & de semi
 ne benedicto.

Sancti possunt cōtendere & dissen-
 tire adeo & separare, & manere utiqz
 sancti, sed si contentio est de reb. cor-
 poralibus. Nisi sit contentio de rebus
 fidei. Ut cōtendere de ceremonijs pa-
 rum refert, Sed contendere de articu-
 lo iustificationis id pernitosum est, ut
 inter Euāgelicos & Hypocritas.

EX CAPITE XIII.

TOUM fere caput est historia ¹
 bellica propter Abram cōscri-
 pta, quæ hac dispositione con-
 stat. Quinqz illæ ciuitates quæ postea
 cœlesti incendio perierūt per 12 annos
 paruerunt regi Elamitarum seu Persa-
 rum. Postea recusauerunt obedientiā.
 Ideo susceptum est bellum, & rex Per-
 sarum

sarum alijs tribus uicinis & confœderatis regib. affumptis expeditione fecit cōtra Sodomitas, quæ ciuitates sanguinos reges habebant. Et per viā Arbiæ desertæ ingressi terram, longe latecū uastabant, prædas agebant, & simul Loth cum familia. Id Abram resciens insecutus est eos assumpta sua familia seu uernaculis, cum alijs tribus confœderatis uicinis. Idcū tantum propter Loth reducēdum suscipit. Quod alij simul reducuntur ea beneficentia perfruuntur propter Loth.

- 2 Non tantum magistratui sed etiam priuato licet persequi hostes, si cogat necessitas, & non fiat temerario animo.
- 3 Reducem excipiunt & gratulantur omnes principes terræ. Ita Dominus celebrem facit per totam terram suum Abram inter ignotos.
- 4 Utinam huiusmodi Abram habemus contra Turcam.

In

In publica poena etiam infantes simul rapiuntur, ut hic Loth, & alioqui in peste, &c.

Melchizedech erat rex Salē simulq; 6
sacerdos Dei altissimi, more eius tem-
poris, ut Eli, Samuel, Magi, &c. Ergo
non solum Abram erat pius, sed cæte-
ris præstabat, quod habebat promissi-
onem de nascendo saluatore ex sua
progenie.

Melchizedech benedicit Abramo 7
pro reductis captiuis. Abrā reddit de-
cimas Melchicedeco in Balē propter
illam benedictionē ad auspiciū q; sua
progenies ibi esset datura decimas.

Melchizedeco assimulatur Messi- 8
as, q; simul rex est & sacerdos, nec
describitur eius principium aut finis.
Heb.7.Psal.110.

Rex Sodomorū tantum repetiit ani- 9
mas, id est homines reductos, cætera
relinquit Abram cum tamen simul
homines & spolia iure bellico cæde-
rene

ret Abramo & suis, ipse aut̄ horū nihil
sibi sumit ne t̄ gloriā relinqueret regi
Sodom. Ecce quāta abstinentia, modera-
10 tio animi, & liberalitas. Simili modo
Abramos iā habemus in putatis nego-
tio, q̄ p̄dā Hypocrit. p̄ spolio referunt
et reducāt captiuos idq; ppter Loth, id
est, propter electos.

C A P . X V .

1 **D**ñs post illā uictoriā, & abstinen-
tiā à spolio, promittit Abramo
protectionē ab hostibus, ne qd
metuāt ab Elamitis &c. & benedictio
nē in augēdis bonis, possessionē terre,
2 & propriū seu uterinū hæredē. Abrā
p̄ omni auctiōe honorū, petit hæredē.
Dñs promittit uterinū hæredē, & innu-
3 merabilē posteritatē. Abrā p̄ter om-
nē rationis captū credidit Deo ut uera/
ci & omnipotēti. Et reputatum est illi à
Deo ad iusticiā, q̄ tantū honorē uerita-
tis tribuit Deo. Abrā pronūtiaē iustus
ex fide ante circūcisionē, & merita, er/
go iusticia est ex fide. Hanc sententiam
S. Paulus magnifice p̄dicat ad Rom. 4

et Gal. 3. Illā promissionē cupit Abrā 4
 & signū seu externū sacramētum signis-
 ficari. Ideo iubet Dñs sumere animalia
 & diuidere, quæ ad occubitū solis uo-
 lūt occupare uolucres. Abrā aut̄ abigit
 eas et trāsit p̄ mediū. Animalia sunt po-
 pulus Israēl. Volucres sunt Aegyptij.
 Abrā per trāsiēs & abigens est Deus.

Occasus solis significat mortem Ia-
 cob & Ioseph aliorumq; patrū, post q̄s
 secuta est ipsa oppressio, & tyrānis Ae-
 gyptiorū. Horror ille nocturnus est
 oppressio populi in Aegypto p̄ seruitu-
 mē. Deinde Dñs ipse declarat hāc uisio-
 nē, & tps populi sui in terra aliena, &
 seruitute. Postea ponit uisionē & sig-
 nū liberationis de clibano fumāte & lā-
 pade ignis p̄trāsiente. Clibanus est Ae-
 gyptius fornax illa ferrea. Lāpas p̄trās-
 ens est angelus Dñi in colūna ignis.

Deinde describit fines terræ promis 5
 sa, & populos exterminandos.

Causam quare filij Israēl tam longe 6
 produ-

producantur ad possessionem, subiicit Deus, peccata eorum populorum exterminandorum nondum esse expleta.

7 Magnifice prædicamus huiusmodi uisiones & colloquia Dei cum Abraham, & iuste facimus. Sed non prædicamus nec æstimamus quotidiana colloquia Dei nobiscum, per uocale uerbum euangelijsui, sub qualicunq; uisione prædictoris. Nos inuertimus, & æstimamus uerbum secundum uisionem. Visio est ipsa persona prædicans. Visionem respicimus, & uerbum negligimus. Abram uisionem negligit, & uerbum obseruat.

8 Veteres suorum temporum imagines diligenter meditatas habuerunt, sed nos nostrorum temporum imagines, in Daniele & Apocalypsi negligimus.

C A

CAPVT XVI.

DE promissione sobolis certi sunt iam per decennium, sed quoniam res prorogatur dubitat circa de sua persona, quod ipsa fortasse non sit, unde ueniat illud benedictum semen. Hanc opinionem adiuuat eius terræ & temporum mos, quod plures licuit habere uxores. Ideo adiungit sibi suam ancillam cōiugem ut ex illa fructificet.

Sterilitatem suam, uocat Sara clausum uterum à Domino, ac si diceret, quod si ego essem que pareret promisum semē, proculdubio iam per decennum concepissim, sed ego non sum, ideo clausit Deus uterum meū, ne partia. Tāta est modestia & humilitas Saræ, & error tamen, nam, ecce compatiētiā Abrahæ de sterilitate Sarę sue, quasiuis sent Dominū de persona continentis.

Sarai dat suam Hagar Abrē in uxō
Aa reim,

re, ita fit Hagar legitima uxor Abr*z*,
ita tamen ut maneat Sara mater fami-
lias. Id licuit illis temporib. sed iam e-
vangelium abrogauit, et restituit pri-
mam institutionem matrimonij Mat-
th*xix*. 19.

- 4 Sterilitas aliquādo fit per accidens,
per infrigidationē uteri seu matricis,
sed tunc non est clausus uterus à Do-
mino, quin contraria debent cōtrarijs
curari, medica ratione, non per incan-
tatrices. Aliquādo est sterilitas ex cer-
to cōsilio Domini ut in Sara, Hanna,
& Elizabeth.
- 5 Seruorum et seruarum filij erant do-
minorū suorū, ideo inquit ut ædificer,
ut habeam filios ex illa, ita quoq; se-
cit Rachel.
- 6 Rabini hinc statuunt tempus diuor-
tij, nempe si quis per decem annos ha-
uerit uxorem sterilem, iure posse ip-
sam repudiare & ducere aliam. In sole
scit Hagar ex Dono Dei & contēnit
Domīs

A P H O R I S . I N G E N . 303

Dominā suam præ se, atq; per super
biām in se suamq; prolem transfert il
lam benedictionem Abræ. Ita opera/
rū contemnunt præ se fideles, Pharisæ
us publicanum, insigniti donis, indo/
tatiōs.

Sara propter insolētiām Hagar de
conceptione dolet, uritur zelotipia,
queritur iniuriā marito suo, et dehinc
committit iudicium Domīno, nō mul
tum rixatur cum marito. Id imitaren/
tur aliæ honestæ matronæ.

Hagar quamuis uxor est legitima nī
hilominus tamen serua est, & est sub
potestate domīnæ suæ. Ideo appellat
eam angelus ancillam Sarę, non uxo/
rem Abræ.

Hagar refugit dominiū, et recusat o/
bedire q; tanti uiri uxor est, ideo su/
perba fugit. Iusticiarij refugiunt casti/
gationem.

Angelus Domini reuocat Hagar ad
obedientiam & submissionem, & pro

pter illam obedientiam, & propterea
men Abræ, aut propter gratiam præ/
uenientem, promittit amplam proge/
niem.

- 11 Ita Dominus reuocat iusticiarios o/
perum ad obediētiam fidei, & promit
tit amplam gratiam.
- 12 Iustitia legis & suam habet benedi/
ctionem, sed terrestrem tantum.
- 13 Ismaël à Schama audiuit aut exaudi/
uit Dominus. Inde quoq; Samuel dici/
tur.
- 14 Ismaël ferus erit, aut sylvestris quod
sylvas amet & inhabitet, is refert om/
nes iusticiarios et operarios legis, con/
tra fratres fideles. Eam animi inclina/
tionem fortasse contraxit ex rebelli/
matre, ut ferè fit. Sed hic est præterea
diuina præsciētia, & figura legalis po/
puli.
- 15 Hagar ex his uerbis promissionis,
agnoscit hunc collocutorem esse Do/
minus, nam non sunt hæc hominis
uerba.

Vocavit autem Hagar nomen
Domini Hic locus est abstrusior, &
sic poterit uerti ex hebræo : Et uo-
cauit nomen Domini loquentis se-
cum. Tu es Deus qui uides me, quoni-
am dixit, nonne hic uidi demum, uidē
tem me. Hoc est non aspexit nec repu-
tauit iam, hunc angulum esse hominē
ut hactenus putauit, sed postea in de-
cessu animaduertit & certo statuit
Dominum secum locutum esse. Aut
sic: Et inuocauit nōmē Domini. Nam
idem uerbū est in Psal. 50. In eo uersu
inuocame in die tribulationis. Nam
¶ significat clamare, uocare, inuo-
care, prædicare, appellare. Vt sit. Et in
vocauit nōmē Domini loquētis secū.
Aut, & inclamauit nōmē Domini lo-
quentis secum cum discederet : Tu es
Deus uidens me, aut qui respicis me,
q̄ non destituis me, qui loqueris mecū
& reuocas me. Nam huiusmodi diui-
ni colloqui consueta erat domi Do-

Aa ; mini

mini sui Abrae cū Abraā. Iā postea uocat Deum, quem ante hominem adolescentem reputauit. Et certe Deus est angelus ille magni consiliij.

16 Ad certam huius colloquiū notam, & perpetuā memoriam, dedit nomē puto, circa quem hæc apparitio, & hoc colloquium angelī factum est.

17 Cum Hagar loquitur angelus Domini, Cum Abram loquitur Dominus ipse.

E X C A P I T E XVII.

Preclarum est hoc caput de circumcisione, unde uetus testamentum nomen habet. Et est prima nota inter Iudeos de promissione dandi Christi, usurpatu[m] s[ecundu]m s[an]ctu[m] Paulu[m] nomine legis.

2 Est autem Circumcisio sacramentū ueteris testamenti, uisibile signum invisibilis promissionis gratiæ, argumen[tum] foederis seu contractus Domini cum Abrahā & sua familia & sua por-

ro progenie, de dando hereditario fi-
lio ex Sara, de multiplicatioe sua stir-
pis, quæ futura erat populus Dei, se-
gregatus hoc signo à cæteris gentib.
Item de possidenda terra Chanaā, &
dando Christo in sua progenie, quæ
lex duraret usq; ad datum Christum,
& seruaram hanc summat & postre-
mam promissionē. In quo Christo ces-
saret uetus lex & testamentum, à quo
nouum testamentum esset exordien-
dum, & noua eius lex, & sacramentū,
atq; tunc Iudæi non amplius essent so-
li populus Dei, sed & gentes quoq;
nec tunc tantum habitarent in terra
Chanaan, sed & gentes cum eis, & ip-
sicum gentibus, quasi unus populus
Dei per totū orbem. Hinc omnes pro-
phetæ & maxime Esaias sua uaticinia
habet de abolenda ueteri lege, & no-
ua statuenda, quæ exiret ex Zion, de
uocatione gentium, de regno Christi
uniuersali.

3 Præterquam quod Circumcisio est sacramentum veteris testameti seu promissionis, habet quoque sua mysteria de subiecto, tempore, & nomine quod in solis masculis, circa præputium genitalis membra, die octauo esset perficienda. Ratio est quod uitium nature, peccatum, soli masculino generi imputatur, et inde propagatur in omnes homines ex uitioso semine, & non possit praescindi & abiisci nisi octauo die in uita futura id est per benedictum illud semen Christum. perque fidem in ipsum, quæ fuit basis & fundamentum huius & omnium sacramentorum, & ideo quoque circumcisio nouum imponitur nomen, quod prior nativitas sit uitiosa & damnata, nec digna quæ nomine tur coram Deo, quam nec dignat Deus inscribere in librum uitæ, & si quod habet nomen debet abrogari. Sed regeneratione illa per circumcisionem exterioram, & mentis internam per fidem, acce-

accepta est coram Deo, & digna quæ
nominetur, & scribatur in librum uitæ.

Postquam autem iam Christus uenit, & Deus pater dedit quem promisit, ergo in ipso uetus testamentum celsus & abrogatum est, & cum eo quoque sunt eius sacramentum Circumcisio, cuius loco iam nouum testamentum, legem, & sacramenta habemus, quæ quicunq; uult connumerari & recipi in populum & numerum filiorum Dei, oportet seruare, uetus autem testamentum & eius sacramenta iam porrò nihil uident. Et quod iam Iudei, & Turcae circumciduntur nihil est, nam data promissione, iam porrò illæ literæ & sigilla quæ astringebant promissio nem cassata sunt, & quæ habent nomina non sunt regenerationis, sed primæ natuitatis nomina, nec scribuntur in librum uitæ.

Et quemadmodum circucisio semel

Aa 5 facta

facta sufficiebat per totam uitam nec fuit reiterāda. Ita & baptismus qui in eius locū successit pro una uice in homine per totam uitam sufficit, nec est reiterandus anabaptismus.

- 6 Femellæ autem non circumcidebantur sed octavo die dabatur illis' nomē & sic recipiebātur in foēdus Domini.
- 7 Foēdus seu contractus ab utraque parte est seruandus, uter eorum infregerit, alter non tenetur seruare cōtra eum.
- 8 Seruatum autem foēdus ab utrāq; parte utroq; conglutinat & unit, ut utriusq; negocia sint inuicē cōmuniā.
- 9 Circumcisio & que ut baptismus nō tollit peccatum nec aufert uitium naturæ, sed reatum tollit ne imputet coram Deo. Ita iusti sumus per fidē in Iesum Christū his sacramētis externe, uisibiliter & rationabiliter cōfirmati.
- 10 Circumcisio & omnes ceremoniæ legis & tota lex admonuit ludos dādi

di Christi, ideo appellat eā Paulus pro
dagogum ad Christū, & fuit fidei sig-
nacula.

Data est pretterea circūcisio ad membrum genitale ut mortificet nostrā su-
perbiā mentis, & ut semper malas cō-
cupiscentias carnis præscindamus pro
pœnitentiam & renouationē spiritus
mentis nostræ, quod prophetæ appel-
lant circumcisionē cordis, quæ est spi-
ritualis illa circumcisio, Deut. 10.

Abraha est pater excelsus. Abraha est 12
pater multitudinis. Sarai est Domina mea
Sarah est domina uniuersalis seu granialis.

Post hoc pactū, comitia, colloquiū, 13
& mandatū Dei, Deus uisibiliter ascē-
dit in cœlū ad certā notā quod Deus ipse
Verbū illud quod fuit ab initio, locutus
fuisse cū eo ad confirmationē fidei.
Celeberrimū hoc fuisse colloquium
credibile est presente tota familia trecē-
tis illis & decem & octo uernaculis,
una cum famulabus & pueris.

Abra-

14 Abraham autem declarat suam fidem & obedientiam erga Dei verbū, & exequitur Dei mandatum, Circumcisōnēm, illa ipsa die. Ita sit familia Abraham̄ populus Dei, & quicunq; non fuerunt in hac familia, populo, & sub hac Circumcisōne, non fuerunt populus Dei. Ita in nouo Testamento, quicunq; non sunt sub baptismō nō sunt populus Dei.

15 Præclarissima igitur res est omnibus credentibus in Christum, q; sunt confederati Dei, quam prærogatiā, & gloriam omnes Christiani habent præ ceteris omnibus hominib. & populis extra Christianismū, q; sint populus Dei, & hæredes regni Dei, ceteri non item.

16 Sed hæc exclusiva obseruanda est, quod ut non solum externa & carnis circumcisio faciat Iudeū & filium Abraham̄, sed interna illa cordis, & mentis per fidem in Christum. Ita & exter-

nus

nus baptismus non facit Christianū,
nisi accedat quoq; internū lauacrum
mentis per fidem in Iesum Christum,
Rom. 2.

Quam circumcisionem, & baptis-
mum ut qui externum ita internū non
habent, exterrimabuntur de populo
Dei, quia contemnunt testamentum
& foedus Dei, ideoq; excidunt ita ut
Deus non sit eorum Deus, nec ipsi po-
pulus Dei.

Hanc Circumcisionem oportuit cer-
to tempore abrogari, nam habuit suā
conditionem, et relatiuum ad Christū
dandū, quo dato cessauit pariter pro-
missio et eius signū, eius loco succes-
sor euangelium & baptismus. Ideo in-
quit Paulus ad Galatas quod lex pæ-
dagogus noster sit ad Christum. Et q
factus sit subditus legi, ut eos qui sub
lege erant redimeret a lege, ne essent
amplius circumcidendi, nec el̄ set am-
plius opus offerendi & mactandi ui-
ctimas

ctimas, & holocausta.

19 Id excæcati Iudæi non perspexerunt,
ideo tantopere & mordicus legem de-
fensant et seruari uolunt. Inde tantum
negotium habuerunt Apostoli, maxi-
mè Paulus inter Iudæos, imo Iudæi,
Pseudapostoli isti inter gentes, uole-
bant secundum Euangeliū etiam Cir-
cumcisionem obseruari.

20 Fœdus quidē est perpetuū, sed eius
signa pro ratione tēporis uarianc̄. Cir-
cūcisio est sacramentū dādi Christi, et
Baptismus est sacramentū dati Chri-
sti. In fide aut̄ Christi est perpetuū fœ-
dus. Aut eternum, eo loco, tantum est
humanū æternum, non diuinum.

21 Abrahā ridet, nō quod fabulosa, &
impossibilia putat esse, quæ Dñs pro-
mittit, credit aut̄ firmiter promissiōni,
sed ridet q̄ p̄ter & supra naturę poten-
tiā res agēda sit, in tā confecta ætate.

22 Abeo risu filius nascēdus nomē ac-
cipit lischa quod admirationis, et gau-
dij

dij filius futurus sit.

sit דָבָר?

Hinc spiritualis ille Iisahac Chri-²³
stus, vere ridiculus filius est, quem ri-
det & admiratur natura. Ettotum ge-
nus humanum inde risum et gaudium
& solatiū habet coram Deo, quia ha-
bet in eo gratiam Dei et remissionem
peccatorum. Qui non credunt, non ri-
dent, non gaudent.

Ismaël quoque credit in promissum ²⁴
Messianum, & circumciditur, & benedi-
citur, ideo quoque saluus est. Sed illa p-
rogatiua Isaac cōtingere debuit quod
ex sua progenie, ex sua carne & san-
guine Christus nascendus fuisset. Ita
quoque nobis gentibus salus per fidem
in Christū contingit & benedicimur,
Iudeis hanc prærogatiuam habenti-
bus, quod ex eis Christus natus sit.

Paulus autem aliam allegoriam fa-²⁵
cit, Isaac credentes, Ismaël infideles iu-
sticiarios figurat. Credentes spiritua-
liter benedicentur, Ismaël ita incredu-
litantum carnaliter.

Do-

Dominus futura & que ut potentia
uocat ex diuina sua præscientia & omni-
nipotentia, ideo huic puerō adhuc cō-
cipiendo & nascēdo certum nomē tri-
buit. Et indicat fideles iam ab exordio
mundi electos esse, & scriptos in librū
uitæ, huc spectat ille Psal. 139. Domini
ne probasti me.

26 Isaac est promissionis filius non na-
turæ, quia Saræ desinerant muliebria,
et uterus iam erat mortuus, Rom. 4. at-
tamen ex natura supra & præter natu-
ram. Ita secundus Isaac Christus ex
natura præter & supra naturam natus
est. Deus promisit, ideo natus est. Nō
est impossibile apud Deum omne uer-
bum, Luc. 1. Huiusmodi meditationi-
bus fidem suam exercuerunt patres
& prophetæ.

27 Loth uero non est circumcisus, uti-
que tamen est saluus. Sic Niniuite, Na-
aman Syrus, Job.

EX CAPITE XVIII.

Dicitur de locis huius capituli. Quae sunt huius capitis loci principales. Primus est de hospitalitate. Secundus est de intercessione sanctorum. Ad primū locum spectant loci de hospitalitate & liberalitate erga aduenas, & peregrinos. Mat. 25. Rom. 12. Heb. 1 et 13. 1. Tūm. 3. Tit. 1. Item de aduenis & peregrinis. Exod. 22. 23. Leuit. 19. Deut. 10. 24. Psal. 38. 145. Zach. 7. 1. Pet. 2. Eius hospitalitatis egregiū exemplū hoc capite præbet Abraham.

Præoccupat de diuersorūs, & hostium deprædatione. Item de conuiuinis, & commissationibus. De ueterū nostrorum liberalitate.

Hæc apparitio corporalis & visibilis fuit & facta est mox post superiorē apparitionē, fortasse propter sanitatem, quæ ex Abraham audierat de filio nascendo, & propter uterum iam emortuum fortasse non satis credidit,

Bb ad

ad quam fidem confirmandam, et promissionem repetendam iam appareat, & familiarissime ut cū amicissimis colloquitur.

- 4 Deus triplici persona appetet, una alloquitur, salutat, et inuitat Abrahā, ad argumentum trinæ unitatis in diuinitate.
- 5 Aut potius. Quid si Christus ipse fuerit, magnus ille testamenti, & magni consilij angelus, qui ab initio cum patribus de hoc testamento promissionis locutus est, comitatus hic duobus angelis, quos postea ablegaret Sodomam;
- 6 Dominus diuertit, accumbit, Abraham apponit cibum (ut erat in promissione) confert epulas ad coniuas et sufficiebat, comedunt & refocillantur ut apparebat.
- 7 Corpora quæ habebant, non fuerūt uera, sed spiritualia & assumpta quibus adest facultas, sed deest necessitas comedere.

comedendi, ut inquit Augustinus.

Specimen hoc est ad tum futuram ⁸
et veram humanitatem Christi, in qua
habiturus fuerat omnes proprietates
corporales, & corporalem conuersa-
tionem cum hominibus.

Obserua hoc genus cōuiuij, in quo ⁹
deest omnis luxus, & est omnium gra-
tissimū, quo etiam Deus gaudet. Nā
cibus est ad necessitatem corporis nō
ad luxum creatus. Esca uētri et uēter
escis. i. Cor. 6.

Omnis beatum prædicant Abrahā ¹⁰
de tantiis conuiuis. Ea beatitudo cui-
vis prompta est, qui unum ex minimis
dei ministris & membris in nomine
Christi suscipit, Matt. 10. et 25. quicqd
illi benefeceris, id Christus sibi factū
prædicabit.

Item huiusmodi hospitium tantorū ¹¹
conuiuarum est in singulis credentib.
Ioan. 14. Si quis me diligit, sermonem
meum seruabit, & pater meus diligit

eum, & ad eum veniemus & mansio-
nem apud eum faciemus.

12 Ab illa commestione Dominus ex-
equitur suum negotium, cur ad Abra-
ham diuerterat. Sara nōdum satis cre-
dit promissioni per Abraham sibi
reuelatae. Eam imbecillitatem fidei cō-
fortat Dominus. Nam ad hunc partū
pariter requirebatur natura & fides.
Sara tantum respiciebat naturam iam
debilem & ineptam ratione & tatis, &
cessantium muliebrium, id est, mēstru-
orum. Dominus sinit suos errare sed
non permittit in errore. Credidit qui-
dem Sara uerbis Domini, sed non po-
terat de sua parte persuaderi, quia ex-
cesserat aetatem pariēdi. Ita Dominus
permittit suam Saram Ecclesiam erra-
re, sed non permittit in errore.

13 Rediens redibo. Locus est propter
hebraicam breuitatem subobscurior,
qui sic potest reddi. Rediens redibo,
id est, certissime redibo ad te eodē tem-
pore,

pore, id est, ab hinc anno, iuxta aut se
cundum tempus uitæ, sed quo homo
concipi nasci & uiuere potest, & erit
Sara filius.

Ac si diceret quicquid promisi de 14
naturali filio ex Sara tua, certum erit,
ab hinc anno certissime redibo ad te,
& nascetur tibi ex Sara iam decrepita
anu, naturalis filius, iuxta tempus na-
turalis partus, ne putas miraculosum
& super naturalem fore filium & par-
tum. Ritus est duplex, alius est ex ad-
miratione, alius est ex contemptu. A-
braham & Sara rident ex admiratio-
ne, ita rident omnes posteri Abrahæ
credentes, rident partum virginis, ri-
denter resurrectionem mortuorum. In-
creduli & impij omnia ista rident ex
contemptu. Rationi certe ridiculum
est, omnes homines à seculo mortu-
os, per unius hominis mortem reuiui
scere.

Id, post ostium, quod erat à tergo 15

Bb 3 Dcf,

Dei, audiēs Sara, risit, quasi p̄ter natūrā & mirabile, Quia anū cōcipere & cui cessant muliebria & que est pr̄pter naturam, ac uirginem parere sine uiris lī semine. Sara appellat maritum suū, Dominum, quod Petrus 1. cap. 3. mag nifice pr̄dicat, & docet omnes uxores.

16 Eum risum subsentiens Deus (quia nihil est tectum sibi) ait ad Abraham & familiariter increpat Saram de diffidentia, quam risus indicabat, indicans nihil impossibile esse Deo ut quoq; inquit angelus ad Mariam nō est impossibile apud Deum omne uerbum. Adeo compatitur Deus nostræ fragilitati, & imbecillitati, modo ne pr̄fraterem diffidamus. Sara exterrita negat risum, Dominus affirmat, quibus uerbis Sara persuasa credit & concipit.

17 Figurat hic quoq; locus Christum, & hunc partum fore per omnia simile partui diuino, & hunc puerum Isaac simili

similem Christo secundū nativitatē.
 Nam ut uirgo non potest parere natu
 taliter. Ita & anus, cui cessant mulie
 bria, id est, menstrua non potest cōci
 pere & parere. Attamen, inquit, hic
 dominus h̄ec fore secundum tempus
 uitæ, hoc est utrumq; fore naturalem fi
 lium. Et ut Isaac secundum naturā, at
 tamen præter & supra naturam esset
 nascēdus, ita quoq; Christus futurus
 erat naturalis filius virginis secundū
 tempus naturale. Ideo inquit Luc. 2.1m/
 pleti sunt dies ut pariēdum esset ei. Ita
 sunt duo pugnantia in eodē subiecto,
 res secundū & supra naturam. Ita quo
 que Christus secundum & supra natu
 ram futurus erat homo, et Deus simul
 in una persona.

Ecce quām ludit in humanis diuina ¹⁸
 potentia rebus. Dominus iam diu pro
 misit Abrahæ filium naturalem, tacita
 persona ex qua exciperet eum filium.
 Eam promissionem differt Dominus

adeò ut etiā Sara opinione suæ indig-
nitatis, Hagar ancillam suam adiūgat
coniugem Abrahæ ut ex eo suscipiat
promissum filium, ne propter se bene-
dictio & promissio Domini impedi-
retur. In ea opinione permittit Domi-
nus Abrahamum & Sarah usq; ad 13.
annum Ismaëlis, ut iam Sara excede-
ret ætatem pariendi. Super hæc super-
uenit Dominus, perstat suis uerbis, et
repetit suam promissionē, exprimitq;
certā personā matris, scilicet ex Sara
nascendum esse promissum filium.

19 Similem iudicium lusit Dominus in
nascendo Christo. Primum promittit
semen benedictum, certam autem per-
sonam non exprimit. Adam & Heua
opinione fallunt, scilicet Cain esse eū
filium, eam promissionē distrahit us-
que ad Noah, Abraham, Iuda, Dauid.
In his exprimit certas personas per
quas Messias ueniret. Tandem tamen
protrahit rē Dominus usq; ad extre-
mum

mum, ut iam facile Iudei desperarent
de Christo ex se nascendo propter su
am indignitatem. Postea Elalias expri
mit personam matris, sed virginem fo
te, ex tribu David, id plane exercuit
Iudeos, rationem & totum mundum,
fore naturalem hominem attamenē p
ter naturam.

Secundus locus.

Tantum de priore loco huius capi 20
tis de hospitalitate Abrahæ, & quic
quid in ea factum sit. Sequitur iam po
sterior locus de intercessione sancto
rum, cuius hoc est argumentum. Do
minus ab Abraham tendit Sodomā,
uidere de eius contestata malitia, & se
cundum eam iudicare & subuertere.
Hæc audiens Abraham reuelante Do
mino, commiseratus de tanto excidio
& severa ira Dei, intercedit, & orat
Dominum ut mitiget iram, aut ne iu
stum cum impio simul perdat. Domi
nus flexus propter preces Abrahæ

promittit mitigationem.

- 21** Certum est intercessiones sanctorum multum ualere apud Deum, sed distinguaenda est ambigua, qui sancti orent & exaudiantur. Sanctorum duæ sunt conditiones, alia est uiuentium, alia est dormientium. Sacræ literæ docent solummodo uiuentium sanctorum in hoc seculo preces exaudiri, dormientium nullum est exemplū aut testimonium.
- 22** De efficacia intercessionis sanctorum uiuentium egregia sunt sacra exempla, hic in Abrahā pro Sodomis, Moſe pro filijs Iſraēl in deserto, Elix pro pluuiā, Summi pontificis pro ſe & populo, Danielis pro captiuitate ſolueſta, Dan. 9. Centurionis pro ſeruo, iatri pro filia, &c.
- 23** Oratio piorum uiuentium pro uiuis ualet, pro mortuis non item, quia extra hanc uitam, ſcilicet in ſtatu perfectionis, iusticæ, aut iudicii Dei.
- 24** Sancti defuncti seu dormientes nō possunt

possunt prouiuis orare, quia dormiunt, id est, cessant & quiescunt a proprijs suis motibus tum anima, tum corpus.

Certi ergo sumus quod nostra ora 25
tio apud Deum in fide Iesu Christie f/
ficax est pro nobis & pro alijs uiuenti
bus fidelibus aut infidelibus, pro in/
fantulis, & grisis, quia eius exauditionis
habemus prompta exempla in literis
sacris.

Ideo instituit Deus certum officium, 26
certasq; personas orandi pro se & suis, ut fuit officium summi pontificis o/
mnium Christianorum, Christi in coe/
lis. Ideo Christus docuit orare cōmu/
niter & generaliter non specialiter pa/
ter noster. Ideo Christiana ecclesia in/
stituit Litaniā. Et diuus Iacobus hor/
atetur ut oremus pro inuisitatem ut salue/
mur, multum enim, inquit, ualeat depre/
catio iusti affidua.

Opiniones illarum de sanctorum defun/
ctorum 27

ctorum intercessionibus, sophisticæ
& improbables speculations sunt,
& multorum errorum causæ.

28 Non potest Deus sua consilia de rebus agendis secreta habere, quin reuelat suis fidelibus quos interest scire. Amos 3. Non faciet Dominus uerbū nisi prius secretum suum reuelauerit ad seruos suos prophetas. Ita hic quoque reuelat secreta sua Abralix. Reueauit excidia Israēlitarum prophetis. Patefecit fortunam, statum, & processum ecclesiæ, per Ioannem apostolum in Apocalypsi. Multi impij paucorum piorum commertio benefruunt. Ideo promittit hic Dñs se parsurū quinquis ciuitatibus, si inuenerit tantum 10. iustos in eis.

29 Dominus prius descendit, uidet & cognoscit rem quam procedat ad iudicium, ut ante dictum est in lapsu hominis, & in turri Babilonica destruēda. Quo exemplo docet iudices & quos/

vis homines ut prius rem cognoscant
quam iudicet, ne p impletu adfectus,
& pro relatione unius partis tantum,
iudicent,

Obserua familiarissimam prompti, 30
tudinem & facultatem Dei, erga pre-
cationem Abrahæ, & cuiuscq; fidelis.

Eam rationem seruat Dominus in 31
omnib. suis iuditij, prius uidet & cog-
noscit quam iudicet. Ita quoq; nunc ui-
det & cognoscit Germaniam, & per
euangelium suum benignissime corri-
git, sed parū proficit, sequet ergo ue-
rissime suo tempore & breui, vindicta
Domini per Turcum aut quoduis a-
liud medium. Tantum de hoc capite,
de hospitalitate Abrahæ, & intercessi-
one sanctorum, sequitur de malitia So-
domorum & subuersione eius, de hor-
rendo iudicio eius.

EX CAPITE XIX.

- H**oc caput insignem historiam continet de incendio & subuersione Sodomorum, unde cernitur horrendum iudicium Dei de peccato, quod exemplum spiritus sanctus uniuerso mundo praedicat, ut alieno periculo et damno cautiiores simus de uitemus peccatum, ne similiter incidamus in aternum iudicium Dei. Nam haec est forma & imago perpetui iudicij & damnationis. Sed quia mundus huiusmodi negligit, ideo accumulat super se tanto grauius iudicium Dei.
- 2** Loth non plebeus fuit, sed magistrus honore insignis, sedebat in porta, hoc est, iudex fuit ut postea sequitur in textu. Et proculdubio Loth suos Sodomitas admonuit emendationis, sed nihil profecit.
- 3** Hoc caput tribus constat locis.
1. Hospitio angelorum. **2.** Eduktione Loth. **3.** Subuersione Sodomorum. **Pri-**
mus

mus locus de hospitio angelorum cōtinet narrationem tumultus, uiolētiæ, & masculini concubitus, quæ est contestata malitia.

Sodoma est forma, plane subuersæ 4 & desperatæ reip. & regiminis, ubi omnes habentæ sunt contractæ, nullum peccatum est peccatum, sed in consuetudinē abiit, & licet quicquid libet imputum. Sodomis erat magistratus sed absq; regimine.

Loth est ex iudicium ordine, sedet in 5 porta præstat suum officium, sed nulæ aguntur cause, atq; ipse solus sedet caterinegligunt.

Nox est somno & quieti dicata, ip/ si autem præ crapula & libidine non possunt dormire , nec alios dormire permittunt , nullæ hic ualent leges, nulli sunt uigiles , qui eos compescant.

Necq; hoc satis est quod satis rugiāt, 7 & boēnt in plateis, quin & in alienas ædes

ædes impetum faciunt, irruunt, fores
perfringunt, idç non uulgari & ple-
beo , sed ipsi magistratui , & iudici
Loth.2.Pet.2.

¶ Insuper quod fœdissimū est, omnes
libidinantur, atq; hoc præter naturalē
rationem, masculina Venere, q; mutū
peccatū appellamus, hoc est adeo fœ-
dum ut etiam nominare turpe sit, &
abominabile.

¶ Cætera genera libidinum adulteri-
um, incestus, fornicatio , adeò uulga-
ria fuerunt & consueta ut ipsa frequē-
tia fastidium pepererat. Exarserat eo/
rum libido in hos pulcherrimos ado/
lescētes, his uolebant abuti, ut inquit
ille Terentianus adolescens : Tædet
harum quotidianarum formarum, hæc
noua figura oris. Ita hic quoq; repudi-
ant filias Loth.

¶ Iam poteris huiusmodi flagitia ad
nostrī seculi homines , ad corruptos
mores, & rempublicam conferre. Et
uide,

videbis in multis nos Sodomitis esse
quiparandos, aliquando deteriores
in luxu, uoluptatibus, luxuria, forni-
cationibus, in contemptu uerbi Dei,
in omnis generis sceleribus ad fastigi-
um usq; uenisse. Magistratus nulla sce-
lera punire, habenas reipub. plane re-
mittere, immo deijcere. Luētus est effre-
nis, omnes ordines disturbati.

Atq; ut generis Loth ridiculum fu- 11
it de subuertanda Sodoma, ita & no-
stris ridiculū est quoties cominamur
& præfigimus futuram iram & furo-
rem Domini per Turcam aut alia me-
dia. Multi unius boni causa bene fru-
tur, seruātur, ideo iubēt secū educere
generis, parcitur & toti ciuitati Zoar
propter Loth.

Dominus suos non destituit, nouit 12
suos eripere ab imminente periculo,
quocūq; modo, hoc nobis debet esse
solatio, in medijs his malis, & futuris
periculis, debetq; nos conseruare in ti-

C c more

more Domini, ne unquam consentias/
mus malis.

13 Imago est horrendi iudicij Dei, &
eternæ damnationis, subuersio Sodo-
morum, cuius exempla similia sunt o-
mnes nationes, quæ propter contem-
ptum euangeli, scilicet per Turcā sub-
uersæ, Syria, Aegyptus, Græcia, Hun-
garia, &c.

14 Iam sequitur horrēdus casus, & pec-
catum sancti illius Loth & filiarū sua-
rum, quod non est minus quam Sodo-
morum Quid hic præstat Loth Sodo-
miss? Nec hīc ualeat excusatio filiarū
de opinione totius orbis subuersi, ne-
que excusatio patris de ignorantia.
Huius peccati causa ē opinio filiarū,
& ebrietas præsens. Ecce q̄ peccat
opinio præter uerbum Dei, expecta-
sent uerbū & iussum Dei, māsillētq̄
in Zoar.

15 Ecce quam immensa est Dei miseri-
cordia et bonitas erga suos fideles. So-
domitas

domitas pdit & Loth seruat, utrosqz
eos eodem criminē. Sed hoc differūt.
Sodomitæ sunt temerarij peccatores,
Loth cum filiabus seducti opinione,
ex ignorantia peccāt, ideoqz angelos
damnauit, homines ad gratiam rece-
pit. Gen. 3.

Vxor Loth rigescit, & mutatur in 16
statuam salis, propter contemptū ius-
sum Dei.

De emendatione mundi desperata 17
res est, nullam admittit admonitionē
et emendationem, eque ut à principio
mundus non credidit Noah, Sodomi-
ta Loth. Iudæi prophetis ante captiui-
tatem Babylonicā . Dehinc Christo
& apostolis ante finalem & absolutā
deuastationem, necqz ut Asiatici & gre-
ci ante Turcicam depopulationē. Ita
& nūc frustra admonemus mundū ex-
mendationis ante finem mundi. Quic
quid sit propter electos fit.

Respicit retro cum uxore Loth, qui 18

C. 2 respic.

respicit in hypocritas , aut ad huius uitæ delitias , similes illis q̄ ex desertore spiciebant in Aegyptū , et affectabant ollas carnium . Recta igitur sequendū est uerbum Dei , quocunq; duxerit .

19 Mirandum est , Loth posse inebriari post tam horrendum spectaculū incendijs , tot ciuitatum , post amissam uxorem . Huiusmodi exempla lapsus in signum sanctorum , spiritus sanctus in scripturis prædicat , & ob oculos ponit , non ad imitandum peccatū , sed ne desperemus lapsi .

20 Vxoris Loti meminit Christus Luke 17. ubi hortatur ad fugam in obsidione Ierusalem , ne simul pereant . Nam si quando ex arde scit ira Domini non est deprecandi locus . Ita quoq; nostri admonendi sunt ad fugiendum imperium Turcę , nam est uerissima ira Domini , & sui furoris instrumentum , quo suos ingratos Christianos punit , aduersus quē nulla ualent arma , nec Dominus

minus dat successum ingratus nobis.

In hoc incendio simul pereunt reges, iudices, senes, pueri, infantes, uterini, virgines, oves, boues, herbæ & arbores, æque ut in diluvio. Tam horrenda est ira & furor Domini si quando exarserit, ideo caueamus peccatum.

Impiorum filij sunt de eadem massa
impietatis, similes cibis fuissent futuri parentum suorum si superstites mansissent,
ideo simul pereunt.

Huius incendi meminerimus quoties
creberrima fulmina micant, quoties
uidemus ciuitatem conflagrare.

Et quod inquit Dominus pluit sulphur & ignem à Domino de cœlo, ex pressæ sunt discretæ personæ sanctæ trinitatis. Dominus q[uod] ambulat in terris, q[uod] locutus est cum Abrahā, qui uidit & cognovit malitiam Sodomorū, idem pluit Sulphur & ignem à Domino. Vt ergo que habent nomen diuinæ &

Cc 3 sum

- I** Adem fere hoc capite historiæ describitur quæ suprà capitulo 12, ubi Abrahā peregrinus fuit in Aegypto, passusq; est raptum uxoris suæ ab rege Aegypti, & que ut hic ab rege Abimelech, & quomodo ipsi sit diuina dispositione restituta, il laſa pudicitia.
- 2** Certe hic magnum exemplum obedientiæ, fidei & patientiæ in Abraham describitur, relinquit patrium solū, in certis sedibus vagatur, uaria pericula, insultusq; iniuriarū perpetitur, adeo & uxoris raptum toties, tantum propter nomē Domini, ipso ita iubete & uolente, & propter promissionem de benedicto semine.
- 3** Ecce quām Dominus tentat, & ab iudit à suis promissionibus promisit genuinum & hæreditarium filium ex Sara uxore, eam hic permittit Domini

nus abrapi ab Abimelech, ita ut post
tius adulterinus filius futurus uidear
tur ē genuinus. Hæc omnia potest su
stinere Abraham, fide confirmatus de
immutabili certa promissione Domi
ni, certus de diuina prouidentia, quæ
rem ita sit moderatura ut nihil fiat contrarium, nihilq; impeditat promissio
nem Dei, scit eius rei similem factam
esse contingentiam.

Oportet proculdubio præpulchrā 4
fuisse uxorem Saram, quod ipsa iam
decrepita anus nonagenaria appeti
tur in uxorem non à uulgaribus, sed
ab ipso rege.

Apparet ac si fuisset magna facili
tas, leuitas, & negligentia in Abraham
quod ita permittit suam uxorem rapi
pro qua honestus maritus, uitam da
ret in periculum.

Respondeo, Abraham fuisse omnī
um honestissimum, piissimum, & for
tissimum virum qui antea 7 reges pro
Cc 4 fugauit

fugauit predāq; abstulit supra, ^{14.ca-}
pīte. Quod autem hic & ante propri-
am, eamq; charissimam coniugem per-
mittit rapi. Causa potissima est fides
erga promissionem Domini, qui pro-
misit sibi benedictum semen, & ha-
ditariam terram Chanaan, ideo paci-
scitur cum uxore ut appellaret ipsum
fratrem suum, ne occideret si esset ma-
ritus, nam si occideretur non potuisti-
set procreare promissum sobolē. Qd'
autem interim rapitur uxor, id accipit
quasi spolium uim & iniuriam, pariter
in se & in uxorem. Committitq; rem
Domino qui dedit promissionem, qui
iussit egredi, qui hactenus custodiuit.
Item reges sunt qui rapiunt uxorem,
contra quos nihil potest, in quoru[m] ter-
ra hospes est. Ab alio quoqua[m] plebeo
ne quaquam passus fuisset.

7 Hactenus Abrahā in Mambre quæ
est Hebron habitauit per aliquot an-
nos, iam autem emigrat & commutat
locum,

locum, usq; Barsaba fines terræ Chanaan, certe nō leuem ob causam, quia uiderat horrendum illud incendiū & totalem subuersionem tot ciuitatum simul, exterretur, et timet ne & simile contingat sibi & cohabitatis, quo- rum mores & uita corrupta est æque ut Sodom orum. Et postquam habuit libertatem habitandi in terra à Domi no concessam et mandatam ubi cunq; uellet. Et postquam uix euasit Loth, ergo curat ipse quoq; de euassione, nō mult tentare Dominum.

Queritur, an liceat ciuiis mutare locum iuxta exemplū Abrahæ. Respon. Paulus iubet quoq; in ea uocatione, qua uocauit eum Dominus, manere, & psal. 37. iubet inhabitare terram & infide uictum querere. Christus iubet abire ubi nos nō receperint. Licet ergo mutare locum pro necessitate, nō pro uoluptate & arbitrio.

Quid autem in hac mutatione loci?

Cc 5 conti-

cōtigerit hoc caput enarrat, mirabile
euētum & Dei dispositionem, nempe
Abrahē diripitur uxor ab Abimelech
hoc eodem anno quo nascendus esset
promissus filius h̄xreditarius Isaac.
Dominus erudit, prohibet, & corri-
pit. Abimelech is restituit Abrahā su-
am uxorem, illæsa pudicitia cum mag-
na gratia & muneribus. Mirabilis De-
us in sanctis suis.

- 10 Isaac magna ex parte typus est Chri-
sti, conferemus igitur utrasq; historias.
Postquam Dominus distulit pro-
missionem, & Sara senescit, exeditq;
statem pariendi, ita ut desperata res
erat de Sara. Dominus renouat pro-
missionem, exprimitq; certam perso-
nam, Saram fore matrem promissi filij
atq; hoc eodē anno. Ecce quid sit Abi-
melech, abripit Sarā & appetet, ac si
ex Abimelech conciperet non ex A-
braham, & si nasceretur filius, putare
tur esse Abimelech non Abrāhā, non
genius

genuinus sed adulterinus filius, spurius. Quid hic Abrahā cogitauerit, quo modo fidem suam exercuerit, quomo de Dñm admonuerit promissionum, quomodo p̄catus sit Dñm, facile q̄sc̄ poterit expēdere. Dñs tñ rē ita dīl̄ po nit, ut omnib. cō: estatū sit Sarā fuisse intactā ab Abimelech, & filiū quem erat paritura, non esse ex Abimelech, sed ex Abraham.

Ita q̄sc̄ circa Christū gestū est. Dñs 11 diutissimā distulit p̄missionē de dādo Messia, usq; dū progenies Dauidica erat plane extirpata & extincta, dum erat ppulsa à Bethlehē p̄ Herodē, om nesc̄p̄ tā fere desperarēt de Christo ex p̄genie Dauid nascēdo, quē iam puta bāt ab Herodis filia nascēdū esse, post q̄ ipse habuit uxorē de tribu Iuda. Cū aut̄ res iam erat desperatissima. Dñs p̄ angelū adnuntiat uirginī Mariæ con ceptum Messia de spiritu sancto. Et dum Christus est conceptus & gesta tur

tur utero, ecce Ioseph offendit graui-
dam suam sponsam Mariā, putat uul-
go conceptum, plane adulterinum pu-
erum esse, paraq; ideo abitum, donec
ab angelo melius edoctus est. Quid
putas Ioseph interim cogitauerit.

12 Abimelech rapit legitimam coniu-
gem Abrahæ. Dauid quoq; rapit legi-
timam Vriæ. Abimelech nescit esse le-
gitimam, putat esse sororē Abrahæ.
Dauid scit eīe legitimam. Ideo Do-
minus cohibet & erudit Abimelech,
Dauid non item. Abimelech peccatū
erat ex ignorantia, Dauidis erat uolū-
tarium. Dauid admonebatur & retrah-
ebat lege diuina, naturæ, & propria
cōscientia. Abimelech admonitus pœ-
nituit, Dauid conscius perrexit. Ideo
Abimelech absolvitur, & Dauid gra-
uissime punitur.

13 Maritus non habet ius repudiandi
uxorem, propter stuprum uiolenter il-
latum, accipiendum est quasi latrocini-
um,

A P H O R I S I T N G E N . 403

nium, Ita Loth exponit suas filias. Ita
Leuitæ abrepta est sua uxor. Ita Ag/
nes abducenda in lupanar, promani/
festo lattrocinio habuit.

Contra autem qui conscientius est de ¹⁴
adulterio uxoris, dissimulat & defen-
dit imo prostituut, stertitcb uiuente na-
so, is negat operculum et patronus est,
nec est inter bonos uiros habendus,
imo omni honesto officio exuendus,
& pro scelesto habēdus, nam reus &
consentiens pari pœna plectēdi sunt.
Rom. 1.

Ecce quām uīgil custos & tutor est ¹⁵
Deus suorum. Contra quām leuere iu-
dicat fornicatores & adulteros. He-
bræ. 13.

Propter solam Saram, impotentem ¹⁶
facit Abimelech, prohibetcb omnes
grauidas parere, &c.

Abrahā appellat propheta q̄ habet ¹⁷
spiritū Dei, est concionator uerbi Dei
in sua familia, prorogat uocale uerbū
&

& cultum uerti Dei, quod prospicit futurum aduentum Messiae.

- 18 Abimelech expostulat, cum Abraham de deceptione, dum appellauit uxorem suam sororem, simulque indicat suam innocentiam, & iusticiam, se nequaquam concipiuisse uxorem alterius.
- 19 Abraham defendit & expurgat se, nequaquam deceptionis causa fecisse, sed causa necessitatis, & periculi uitæ, nec mentitum esse, quod appellet uxorem suam sororē, quia uerissime soror est, simulque reddit causam huius appellationis.
- 20 Reconciliant utrinqꝫ, eius sunt certa testimonia, data munera, quæ testetur pudicitiam Saræ, iustitiam & ignorantiam Abimelech. Et quod, inquit, ipse seu ipsum donum erit tibi uelamen oculorum, hoc est ipse Abraham respondebit pro te, & defendet pudicitiam tuam, quod testata mea innocens

A P H O R I S . I N G E N . 405
ta redij cum ipso in gratiam cuius cer-
ta signa sunt hæc dona.

Moses hic Dominum יְהוָה appellat à fortitudine, quod est fortis zelotes, defensor & tutor suorum, ut est Psal. 105. Nō permisit quenquam nocere eis, sed corripuit propter eos reges. Nolite tangere Christos meos, & in prophetas meos nolite malignari. Huc spectat historia Susanæ.

Abimelech gentilis, attamen sanctus & iustus est, cognouit Dominū, coluit ius & æquitatem, ita ut etiā Abraham eius opinione et fama persuasus illuc commigrabit. Is inquam gentilis præstat multis nominetenus Christianis, qui etiam sceleris consciū, nihil abstinent à turpitudine.

Abraham intercedit & orat pro Abimelech. Dominus exaudit, & restituit ualeudini Abimelech & oēs mulieres. Omnia faciunt pro Abraham,

ut innotescat per ipsum uerus Deus,
uerusq; cultus Dei, atq; ut tanto fiat
celebrior in terra, omnesq; ipsum me-
tuant, caueatq; ab iniuria. Rom. 8. Sci-
mus quoniam diligentibus Deum om-
nia cooperantur in bonum.

24 Abraham sustinet se inter gentes
inter impios, nō potest omnes ad pie-
tatem conuertere, sustinet ipsorum in-
iurias, cedit violentiæ & impietati, ha-
bitat solus, seorsum in secessu, tandem
ipse hæreditate capit totam terram, iu-
xta illud Christi, Matt. 5. Beatimites,
quoniam ipsi hæreditabunt terram.

25 Ut Dominus multos corripuit pro-
pter Sarā, uolentes ipsa abuti, ita Do-
minus multos hæreticos corripuit p/
pter Mariam, uolentes denegare eius
uirginitatem.

26 Reges à regendo & administrando
olim dicti sunt, nec fuerunt adeò poté-
tes & populosi ut nunc, fuerunt fere
per singulas ciuitates aut (ut nūc) præ-
fecturas,

APHORIS. IN GEN. 407.

fecturas, singuli reges, ut ante. Sodoma regem habuit Gomorra, Seboim. Adama singulos reges habuerunt.

Postquam Abrahā de uxore in p/
ticulum uenetat, & postquam Abime
lech sibi dedit libertatem habitandi in
sua terra ubi libuerit, commigrat ad
solitudinem quæ postea Barsaba ap/
pellata est.

Quemadmodum propter Saram o/
mnes uteri clauduntur, ita propter Vir
ginem matrē oportuit omnes fœmel/
las nubere.

EX CAPITE XXI.

IRIBUS PRINCIPALIB. LOCIS HOC I
caput constat, id est, de nativitate
Isahac. 2 De expulsione
Hagar cum filio. 3 De cōteritione &
confederatiōne Abimelech cū Abra
ham.

Dominus fidelis est & uerus, seruat &
sua promissa, quantumuis diu protra
xerit, & quanto sunt maiora, nobilio
Dd ra,

ra, & magis desiderata, tanto longius protrahit, ut fidem nostram exerceat, & ut cum acceperimus sint nobis tanto chariora. Ita hic de Isahac, Christo, & uita futura agit.

3 Ecce iam tandem datur diu promisus & expectatus hereditarius ille filius, in cuius semine seu progenie dandus erat Messias benedictum illud semen, in quo benedicerentur omnes tribus terræ. Sed uide quanta tentationes, pericula, falsæ opiniones intercesserunt. Ideo uere commendatur hie heroicæ illa constantia fidei Abrahæ.

4 Dominus in hoc Isahac per omnina plane præludium Christi agit, omnianque respondent de dilatatione, expectatione, periculo, & risu patriter credentiam & infidelium. Fideles rident cum admiratione & gratiarum actione, de virginis partu, de Christi nostri miraculosis factis, non tantum iuxta infirmos, sed erga totum genus

APPHORIS. IN GEN. 499

genus humanum, in articulo iustifica-
tionis, de morte, resurrectione, uita æ-
terna, &c. Impij rident cum cōtemptu
hunc crucifixum Deum, & nos quod:
in talēm Deum credimus, quod spere-
mus uitam æternam, &c. Item rident
omnia dona Dei in fidelibus.

Abraham in ablatione pueri appa-
rat conuiuium, proculdubio ex more
eius gentis & terræ, parat se ad homi-
num consuetudines ciuiles, quod præ-
cipiunt omnes sapientes faciendum,
soror te para, cum fueris Romæ Roma
no uiuendo more, attemperate præsen-
tibus.

Sara magnifice prædicat Domini 6
beneficia, cum risu & admiratione, &
que ut uirgo Maria in Magnificat ani-
ma mea Dominum, & exultauit, &c.
Ecce enim ex hoc beatam me dicent o-
mnes generationes.

Secundus locus huius capitil est de 7
expulsione Hagar cum filio, in quo
Dd 2 agitur,

agitur de iure hæreditario, & de iure seruili. Mystice de fidelibus, & iustitiarijs.

8 Ismaël est iam plus minus 16. annorum, nam fuit 13. annos natus in circūcione, dehinc ab anno natus est lizachac, is circiter duos annos lactatus est, post ablactationē cum iam loqui potest & colludit cum Ismaële, irrideatur ab eo, proculdubio hic illum præse contempsit de primogenitura, xtaete, & præstantia, itē de ridiculo nomine.

9 Hæc mater Sara uidens indignatur (de huiusmodi contemptu & iniuria) et cogitat, antea eius mater, mea ancilla, deridebat & contempsit me præse, quod cesseret fœcunda, nunc idem facit eius filius filio meo, id mihi nequaquam ferendum est, ego sum libera & filius meus liber, ergo sumus hæreditarij. Hagar est serua, & Ismaël est seruus quantumuis ab Abraham natus, non potest

Potest tamen esse hæres, ejiciatur ergo iste contumeliosus irrisor cum matre sua.

Id quamvis ægrè fert Abraham propter filium ex se natum, attamen iubetur à Deo acquiescere, nam parat hic figuram & præludium de suo populo futuris credentibus, & iusticiarijs, simul in sua familia, & quid tandem de utriusque futurum sit, nempe hi ejiciantur, illi maneant in hæreditate.

Huius loci mysterium & allegoriā satis proprie & copiose tractat Paulus ad Galat. 4. Ismaël est secundum carnem & naturam ex ancilla. Isahac est secundum promissionem & fidem ex libera. Ergo præstat Isahac, Ismaël. Ismaël est ex serua seruus. Isahac est ex libera liber & hæres, uterque tamen ex uno patre. Ismaël figurat legales iusticiarios in seruitute legis. Isahac figurat fideles, credētes promissioni de Christo utrosque ex Deo. Sed in hoc

discrepant, legales iusticiarij non habent promissionem hæreditatis xternx. Credentes habent promissionem & fidem. Præterea iusticiarij sunt superbi, fastuosi, philauti, inturias contemnunt, irrident credentes præ se, id eoq; tandem ejciuntur et tantum dona huius uitæ accipiunt, eaq; est beneficio ipsorum. Credentes patiuntur iniuriam & manet hæredes. Sar autem ita rem decernit, mater nostra est Ecclesia, idq; Dominus approbat.

Tertius locus huius capitinis est de foedere Abimelech & Abrahæ.

12 Adeo Dominus auget benedictione suum Abrahamum & amplificat, ut ipsum metuant & uenerentur non tantum plebei, sed etiam ipsi reges.

13 Abimelech vir bonus, honestus & apertus est, recipit hunc peregrinum Abrahamum non tantum in suam terram, sed etiam in foedus, docet nos ut peregrinis simus faciles, benigni & beneficii.

benefici. Quoniam Domini est terra,
& cuicunq; uoluerit tradit illam.

Abraham pegrina terra utit ut sua 14
patria. Omne solum fortis patria est, ut
piscibus & quor. Tandem peregrina il-
la terra fit sibi suisq; filijs hereditaria.

Abraham cedit omni iniurix & uin- 15
cit tandem, secundū illud: Beati mites
quoniam ipsi possidebunt terram.

EX C A P I T E XXII.

DGregium est hoc caput plen- 1
num salutaris doctrinæ de im-
molatione Isahac, & de reper-
tita promissione benedicti seminis, cu-
ius hæc immolatio ē figura & imago.

Hæc historia bifariam est accipien- 2
da, naturaliter, & mystice de Christo.

Quām mirabilis est deus in sanctis 3
suis, Dominus hūc Isahac plane uult
esse figuram Christi, & sanctis patri-
bus in veteri testamēto imaginē p̄pin-
gere, unde futura prospiciant de Chri-
sto uenturo, ut in his fidem suam exer-
ceant.

ceant, certamq; spem retineant.

4 Ecce iam longe ante Deus promise
rat Abrah^z filium hereditariū, ipseq;
eum longis & optatis uotis expecta
uerat. Iam cum habet, Dominus parat
ipsum auferre, in ipsa florentissima &
delicatissima aetate. Ismaele iam prius
ejecto, ita ut nullum reseruet filiuū, pa
ratq; suis ipse uerbis ab ludere, de mul
tiplicanda progenie in infinitum. Idq;
non vulgari mortis genere, sed pater
ipse debet esse mactator sui dilectissi
mi filij. Quid hic putas cogitarit Abra
ham? quid inquam Sara, quomodo q;
qua trutina pensarint promissionem,
& omnipotentiam Dei, & suam erga
ipsum obedientiam?

5 Necq; hoc in longum differt, & deli
berat, sed mox prima luce surgit &
properat.

Nec minus tamen prius uerbum de
benedicto semine, de multiplicanda p
genie, de possidenda terra firmissime
retinet,

A P H O R I S. IN G E N. 415

Petinet, et hoc uerbum de immolando
filio obedientissime exequitur, euena-
tum rei committens Deo.

Ita nobiscū agit, promittit nobis ui-
tam aternā, interim tamē morimur &
putrescimus tam longo tempore. Ser-
uos relinquit retro ne impediant & re-
tineat ipsum. Ah quām libentissime
hac admitteremus ut poterimus nos
honeste excusare.

Confer ad hanc constantiam Abra-
ha, nostram inconstantiam, quām le-
ues et föminei sumus. quoties ex mul-
tis filijs, unus languescit & moritur,
quem nos non occidimus, sed quām
placidissime morit, & nos tantū pro-
dimus & sequitur funus, multis alijs
concomitantibus, & condolentibus.

Ex hoc egregio exēplo discere de-
bemus ueram obedientiam, & incon-
stantiam, & propter Dominum om-
nia relinquere, postponere, spirituali-
ter mactare & offerre uxorem, filios,

Dd 5 diuitias,

diuitias, honorē, uitā & nosiplos ubi
fuerit Dñs, Matt. 10. Rom. 12. Isaac
uidet potissimum partialē causam sa-
crificij uictimam abesse, ideo querit u.
bi est uictima holocausti? Quam eius
animum percelluerit interrogatio illa
filij ad patrem familiarissima.

10. Obedientia est summum sacrificiū
Domino acceptissimum, ut hęc obedi-
entia Abrahæ, Isahac & Christi. Con-
trā, inobedientia est summū peccatum,
& abominatione Dei, propter quā Deo
nullū sacrificiū est acceptum, immo reij-
cit, ut in Saul ostensum est, 1. Reg. 15.
Melior est obedientia q̄b uictimę. Ideo
quę Dominus reijcit omnia holocau-
sta & uictimas ludorum propter ido-
lolatriā seu inobedientiā, Esa. 1. Ier. 6.
11. Hoc exēplo Abrahæ abusi sunt po-
steri idololatræ, quæ immolabant fili-
os suos dæmonijs non Deo, quamvis
Deo, sed præter uerbū Dei, Psal. 105.
Ierem. 32. Mich. 6. lephite filiam obtu-
lit

lit. Iudic. II. Rex Moab obtulit primo
genitū 4. Reg. 3.

Collatio Abrahæ & Isahac ad Christum.

Historia Abrahæ & Isahac est typus ¹²
uiua & verissima imago ueteris testa-
menti de Christo, in quo se patres per
omnia exercent, unde & multæ pro-
phetiaræ desumptæ sunt. Non ideo leui
de causa, nec ioco, nec temere ita Dñs
terat Abrahā, sed ut pludiū agat in ue-
teri testamēto, eorū quæ in nouo testa-
mento uere & realiter essent agēda in
Christo. Sed q̄ differt imago à uiuo
homine, Cæsaris effigies ab ipso Cesa-
re id differt hęc figura Isaac, à Christo

Vt Isahac erat lōge ante promissus, ¹³
& Dñs diu distulit promissionem, do-
nec secundū rationē despata res erat,
quoniā Saræ cessauerant muliebria &
uterus erat emortuus. Ita Dñs diutif-
fime pmisit & distulit Christū usq; dū
plane despata res erat de dando Chri-
sto, qm̄ pgenies Dauidica erat usq; ad
radicē extirpata p Herodē. Vt

14 Ut Isahac supra efficaciam naturæ,
attamen naturaliter conceptus & na-
tus est. Ita Christus supra naturam ex
uirgine, attamē naturaliter natus est.

Ut Isahac erat iustæ ætatis & magni-
tudinis circa 33. annos dū offerretur,
ita Christus erat iustæ ætatis homo, an-
tequam immolaretur.

15 Dum Abraham summè delectaba-
tur in filio Isahac, sperabat in eo mag-
nam posteritatem, & progeniem, re-
petiuitq; in eo magnificas promissio-
nes Dei de terra Canaan possidenda,
& de dando Christo in eius proge-
nie, dum, inquam ita delectabatur, ius-
sus est offerre filium. Ita quoq; cū po-
pulus Iudaicus planè putabat hunc le-
sum Christum & regem, forè, uolebat
quoq; facere regem, Ioan. σ. Item sum-
ma cū læticia & iubilo die Palmarū in
Jerusalem introduxerunt, tunc passus
& mortuus est Christus.

16 Ut Abraham post se relinquīt ser-
uos

tios cum Asina ne impediretur opus
in uiolationis, ita quoq; Christus relin-
quit Apostolos, imò prohibet Petru-
nese defendat.

Velut Isahac uinctus est, ita & 17
Christus ligatus est.

Quemadmodum Christus patrē ro-
gauit de transferendo calice, sed tamē
secundum patris uoluntatem, ita pro-
culdubio Isahac orauit patrem nese
offerret, sed tamen secundum patris
uoluntatem.

Vt Deus pater nihil respōdit Chri- 19
sto, ita fortasse nihil respondit Abra-
ham filio, quam, sic Deus pr̄cepit &
destinauit, obsequere mi fili.

Quemadmodum Abraham, patrem 20
exuit, & iudicem induit, ita Deus pa-
ter patrem exuit & iudicem induit in
Christo offerendo.

Vt Abraham immolauit unicū & 21
dilectissimū filium suum, ita & Deus
Pater unigenitum & dilectissimū su-
um

- um filium pro nobis tradidit.
- 22 Tanquam Isahac se in patris manus tradidit & uolens oblatus est per obedientiam. Ita quoq; Christus obediens patri, uolens oblatus est, Esa. 53.
- 23 Ut Isahac immolatur & tamen manet uiuus & pro eo offertur aries. Ita quoque Christus pariter moritur in humanitate & uiuit in diuinitate.
- 24 Veluti post immolationem uiuit Isahac, ita post mortem & immolationem surrexit Christus, & nobis omnibus uita restat post mortem & in morte.
- 25 Quod hic facit Abraham, id oportet facere omnes Christianos, sese, & charissima sua, uxore, liberos, opes, honores offerre, Rom. 12. Matt. 10. ante & in morte sese uincire & uincere, & Deo patri uolens obsequi.
- 26 Quemadmodum non tam sacrificium quam obedientia hic commendatur, ita & nostra obedientia plus placet

Placet Deo, quam ullum sacrificium.
 Quemadmodum post illam obedi-²⁷
 entiam larga benedictio promittitur,
 ita Dominus omnibus obedientibus
 benedicet. Et Christo contigit largis-
 sima benedictio in omnes gentes post
 suam obedientiam, Esaiæ 53. Philip-
 penses 2.

Veluti Israhac post hanc immolatio-²⁸
 nem longe petitur uxor, ita Christo
 ex gentibus adducta est uxor Eccles-
 ia, unde in capite 24.

EX C A P I T E XXIII.

O tum hoc caput narrat funeris
 bria Saræ, & habet duos locos. Primus est de luctu Abra-
 ha, Secundus est de sepultura Saræ, ubi
 emitur proprius ager.

Dum uixit Sara nullum uestigium
 habuit proprium, iam cum morit pro-
 prium sortitur locū, quod indicat nos
 in hac terra et hac uita, plane esse pere-
 grinos,

grinos, post mortem autem nos uenire in nostra propria. Et Deo plus esse curæ mortuos quam uiuos.

3 Per mortem & sepulturā Sarx, Abraham accipit occasionem tenendi proprij.

4 Deflere & plāgere licet nos nostros amicos mortuos, & ipsorum beneficia enumerare, quibus iam in ipsoru[m] morte orbati sumus.

5 Ita hic Abraham planxit suam Saram, de eius pietate, fide, ok ediētia, patientia, cruce, quomodo cum ipso fugiens idololatriam Chaldaicam prōpt̄ obsecuta est uocationi Domini, et pacienter pertulit molestias profectio[n]is, peregrinationes, mutationes locorum, pericula pudicitiæ, apud Pharaonē & Abimelech iniurias Hagar, eaq[ue] omnia in Dño & proper Domum. Huiusmodi debent esse nostræ orationes funebres, in quib[us] debemus recitate beneficia, officia, egregia fa-

APHORIS. IN GEN. 423

tra, pericula, molestias corporis peccati. (Id nos facere precipit Syrach. 38.) & constantia fidei nostrorum in, per, & propter Dominum.

Secundo exequitur iusta funebris, emit agrum sepulchri, ut iam proprium teneat, & in proprio quiescat, quæ ha-
cenus incertis oberrabat sedibus.

Non emit sibi, ne uestigium quidem ad habitandum, id namque illi gratis concessitur, & à Domino promissa erat, sed emit sibi suiscum certum & proprium locum ad requiescendum, ubi quiescant a laboribus & molestijs suis in hac peregrinatione.

Nihil habemus proprium in hac terra peregrinationis, si quid habemus, concessum est. Post hanc uitam autem veniam in propria in ipsam terram promissum, in ueram illam & æternam quietem. Debemus ergo in Domino quietes, non molestare calumnijs. His debemus & nos consolari in hac peregrina vita.

Ee Nouus

- 9 Nouus homo Abram auspicatus nouum populum in terra promissa respiciebat in promissiones Dei, & emit sibi proprium locum ubi cum suis posteris requiescat, & ita necessitate funeris coactus possidet proprium.
- 10 Gratuito oblatam sepulturam cum gratiarum actione recusat, ne, quod iam ex gratia à præsentibus conceditur, dehinc à posteris immutata gratia denegetur.
- 11 Pij cōiuncti in uita & participes gratiæ Dei & fidei uolunt quoq; partipes esse requiei & resurrectionis. Et postquam in uita fugerunt consortia impiorum & infidelium, uolunt quoq; in morte illis cōmiseri. Ita Iacob et Ioseph uoluerūt trāsferri ex Aegypto.
- 12 Abrahā diuina industria adeo profecerat & gratiam cum ipsis terræ Domini niterat, ut etiam principem Domini appellarent. Eam industriam operatus

A P H O R I S. I N G E N. 423

tatus est in eo spiritus sanctus.

Abraham legitimis utitur contra
stibus, ne quid cauillentur aduersarij.
Id maxime decet Christianos imitari.
Siclus ualebat quarta parte aurei rez
nani.

Empto agro & soluto precio iam 14
porro exequit iusta funebria suæ cha
tissimæ Saræ, recondit in proprium so
lum ubi in Domino quiescat & expe
ctat lxtam resurrectionem iustorum,
in nouissimo die.

Honorifica sepultura decet Christi 15
anos, & est suæ pietatis extremum te
stimonium. Contrà autem impijigno
miniosa sepultura sepeliantur ad testi
monium suæ impietatis, ut Absalō pro
iecius est in foueam. 2. Reg. 18. Sede
chias sepultura asini sepelietur, Ier. 22
Qui non obedierit patri & matri eius
oculi corui ad flumen effodient, id
est signominiosa morte peribit. Pro
verb. 30.

Ee 2

Eiusmodi

16 Eiusmodi sepulturam imitatur Ecclesia in piorum iustis funebribus, & per ipsas ceremonias declarat longe meliorem conditionem esse piorum defunctorum quam uiuentium, nam hostes huius & future uitę sunt superati, ideoq; triumphale uexillum album superdimus, pullamus campanas, induimus præciosas uestes, celebri pōpa & cantu deducimus funus, recondimus & reponimus in cimiterio seu dormitorio ubi dormiunt in pace & spe futuræ resurrectionis cum omnibus sanctis.

17 Ideoq; concessio honorificæ sepulturæ debet stare apud Parochum, ab ipso debet postulari, qui habet certum testimonium fidei & dissidentia cuiusque.

18 Locus sepulturæ apud ueteres erat in cuiusq; arbitrio, sepeliebat quisque suos mortuos ubi uolebat in suo agro aut horto. Nunc autem habemus certum

certum & communem locum sepulturae, eumque deceret esse secretum ab hominibus, & non in medio uiuentium. Iudei suos mortuos extra ciuitatem se peliebant, Luc. 7.

Oportuit prius mori quam Isaaco 19 adduceretur uxor ex longinquo. Ita oportuit Christum prius mori quam uocaretur Ecclesia ex gentibus. Aut oportuit Synagogam prius mori quam Ecclesia gentium nuberet sposo Christo.

Sara erat nata 127 annos cum more 20 retur, ergo Isaac iam est natus 37 annos. Procul dubio ergo 30 annos excesserat cum offerretur, circa etatem Christi 33 annos.

EX CAPITE XXIII.

Hic incipit noua historia de Isahac.

 Otum hoc caput describit spousalia et matrimonium Isaac, habetque tres precipuos locos. Primus est de missione serui Abraham ut Ee 3 sit

sit paronymphus, qui iuramento obli-
gatur ne accipiat Chananitā Isaacō.
Secundus continet profectionem, &
diuinam contingentiam de Rebecca,
& exceptionem in hospitium. Terti-
us describit expeditionē negotij, spō-
salia, profectionem, & contractū ma-
trimoniū Isaac cum Rebecca.

- 2 Isaac natus erat 40 annos, cum du-
ceret uxorem, triennio post mortem
matris Sarx. Ecce quām tarde & lente
procedit illa benedictio & promissio
multiplicandæ prolis, & possessionis
terræ.
- 3 Pietatem specta. Abraham pater
prospicit filio de uxore, Isaac filius cō-
mittit rem et totum negotiū patri, qua-
si suo seniori & primario consiliario.
Id nos imitari decet in contrahendis
matrimonijs maxime ubi habemus pa-
rentes in promptu, ubi autem non ha-
bemus, ibi debemus consultos habe-
re bonos & pios homines. Observa
quocq;

A P H O R I S. I N G E N. 4²⁹

quocq; castitatem & continentiam Isa
ac, & detestare nostrorum iuuenū pe-
tulantiam.

Instituit rem pariter cōsilio & fide, 4
mittit fidelissimum, summum, etate et
prudentia maturum suum seruum pa-
ranyphum. Et quia credit promissio
nib. Domini de possidenda terra Cha-
naan, ideo iuramento seruum obligat
ne accipiat filio suo uxorem de filiab.
impiorum, idololatrarum, & extermini-
nandorum Chananorū ne cum illis
affinitatem contrahat, quos decreuit
Dominus extinguere, neque per uxo-
rem & affinitatem pertrahatur ad ido-
lolatriam. Sed abeat ad cognitionem
suam indeq; accipiat ei uxore, quam
douit piam in uero Dei cultu. Sed cū
illa cautione ne filium illuc trāsferat,
ibi respicit in promissionem Domini
de possidenda terra.

Illud nos Christianos maximē de- 5
bet imitari in contrahendis matrimo-

Ee 4 njs,

nijs, rem consilio & fide instituere, nō tam dotem & formam quām ipsam pi etatem & probitatem spectare, & ex nostra familia seu cognatione duce re uxorem. Nostra cognatio & familia est Christianismus. Ideo Isaac de dote & forma contentus dicit uxorē antea nunquām uisam, eiusq; dotem nescit. Non debemus familiaritatē contrahere cum his qui odiunt Domini num, & quos odit Dominus.

6 Sed hoc primarium in hoc negotio est & esse debet, quod Abraham secū dum suum cōsilium & institutionem, totum negotium committit Domino eiusq; dispositioni, ut qui instituit hāc suam primā ordinationē, uelit quo que bene fortunare. Siquidem à Domino est bona uxor, Proverb. 19. Et postquām Dominus promisit sux posteritati possessionem terræ promis sa.

7 Filij huius seculi hoc differunt à fi lijs

lijs lucis, Dei, summo humano consilio matrimonium contrahunt, solam dotem, affinitatem, honores, formam respiciunt, de fide & pietate nulla est mentio & cogitatio.

Hunc seruum Abrahæ cōmuni con
sensu uolunt fuisse Eliezer de quo su
pra 15.

Ex quo poteris estimare, & iudica
re totam familiam Abrahæ de fide &
pietate erga Deum.

Quatuor personæ hic citantur capi 10
tales & causales huius matrimonij.

1 Sponsus & qui circa ipsum sunt.

2 Paronymphus et q circa ipsum sunt.

3 Sponsa & qui ab eius sunt partibus.

4 Deus & suus angelus qui disponit
rem & benefortunat.

Quælibet persona hinc suum discat 11
officium. Sponsus Isaac & pater eius
Abraham inuocat Dominum, & rem
ipsi committunt. Paronymphus inuo
cat Dominum & rogit ut euentū be
nefici

nefortunet. Sponsa eiusq; pater, ma-
ter & frater Laban agnoscunt, Do-
mini dispositionē & benignā eius uo-
luntatē, cōsentient & tradunt spon-
sam. Illud matrimonii Dñs (necessa-
rio) benefortunat, adest, & benedicit.

11 Postquam iam seruus per longum
Linitas iter peruererat ad ciuitatem Nahor
Nabor fu- (ubi habitauerat ipse Thare Nahore et
it Charan, Bethuel, unde iussus & uocatus est
que distat Abraham exire,) ante ipsius urbis in-
à Bersabe grellum intēdit suā orationē ad Deū
in Pihole- & rogit pro felici euentu. Nō pr̄scri-
m̄to circi- bit Deo modū sed petit in re dubia sig-
ter & gra- nū. Certe oportet hunc seruum ualde
duis qui fa- piū fuisse q̄ ita à Deo signū petit. No-
ciunt 120 stro iudicio putamus seruū satisfecis-
miliaria, se, si tantū exquisiuisset cognationem
germanica Abrahē, & ex ea delegisset petiſſeicp
ideo accipit uirginē. Sed uult eam exquirere, quā
Gamelos destinauit Dñs, ideo petit signū quia
non asinos audiuit à Domino suo Abrahā, Do-
ad longum minū ante missurum suum angelum.
ipuditer. Siv

A P H O R I S. IN G E N. 433

Singulariter obserua quā mīro mo-
do Dōminus rē disponit ex uoto et pe-
titione serui, imò ex fide Abrahæ qui
dixerat Dñm p angelū suū rem bene-
fortunaturū. Vere hic angelus Dñi p
uerterat seruū, & præparauit uirgines
& aliorū animos. Simile de Tobia.

Ecce familiaritas, affabilitas, obse-
rium & hospitalitas quantē uirtutes
sunt, & quām frugales. Hæc omnia a-
git spiritus sanctus in pijs & fidelib.

Munuscula sunt primæ illecebræ
ad familiaritatem, & amore. Ideo ser-
uus donat & ornat Rebeccam munu-
sculis, nō negligit honesta media. Ex-
certis indicijs iā habet personam spō-
sæ, eam iam non accipit, nisi prius ex-
quirat uoluntatem parentum.

Ibarai	Pater	Haran	Abrahā et Sara coniūx	Isaac cō.	Rebecca	Jacob
			{ Nahor	{ Bethuel & si	{ Rebecca	
					{ Liuis Milcæ	{ Laban
			{ Loth			
			{ Milca			
			Lijea			

16 Christianæ nuptiæ debent eandem habere materiam, quamvis nō semper eandem formam. Vnusquisq; ab iñeūte ætate debet castam & pudicam uitā gerere, Deinde ubi adulta ætate sentit in sua carne illud uerbū Domini Crescite, debet Dominum inuocare ut ipse sibi, ut Adam & hic Isaac, adducat uxorem, quam ipse sibi destinauit, & non tam formam, dotem, & alia accidentia spectare, quam ipsam pietatē.

17 Paronymphus quoq; hinc debet suum officium discere, & diligenter meditari, matrimonium esse ordinationē diuinam, & nō consistere in nostra industria, aut commendatione suæ partis. Sed debet primum inuocare Dominum, illius uolūtati cōmittere rem, ut ipse coniugat, disponet, & benefortu net rem se mediante, Deinde præstare quæ ad rem faciunt.

18 Ecce industriam, diligentiam, & fidelitatem serui, Nō edit nec bibit nec suas

suas res curat priusq; cōmissum nego
tium expedierat, ubi ad locū uenerat,
quamuis inter vias certe comedera.

Id nos diligenter decet imitari in no-
bis cōmissis negotijs. Ita quoq; Chri-
stus iubet suos discipulos, neminem
per viam salutare sed recta pergere.

Recitat totius euētus historiā ut cog-
noscit Dei opus & uoluntatē utq; tan-
to facilius eos ad cōsensum persuade-
at, neue resistant uoluntati Dei. Et est
dilucidæ narrationis exemplum.

Seruus non patitur se remorari, sed 19
dato consensu maturat redditū, ne quid
sue negligentia & moræ imputetur,
neue quid intercidat quod mutet pro-
positum & consensum. Ita commodis-
simum foret post consensum utrius-
que, mox maturare nuptias, ne quid
intercidat turbæ, nam Saran est capita-
lis hostis huius diuinæ ordinationis.

Puella seu sponsa de consensu inter 20
trogatur, ita quoq; sponsæ consensus
debet

debet esse liber, non coactus.

- 21 Decorum puellæ & sponsæ seruat
Rebecca, uerecunde, & officiose se ge-
rit erga suum sponsum, descendit de
Gamelio, uelat facie, hoc est ornata se.
- 22 Ut Isahac post suam immolationem
longe petitur uxor. Ita Christo post
sui immolationem longe adducta est
uxor ecclesia ex gentibus. Paronymi-
phi sunt apostoli.
- 23 Isahac spōsus interim dū sponsa est
inexpectatione, orat, & docet matris
monium contrahentes ad Dominum
orare pro bona uxore, pro bono suc-
cessu coniugij & administratione rei
familiaris.
- 24 Isahac uenit à fonte uiuentis & uidē-
tis, ergo habitauit in Berseba, postea
profecti fortasse Hebron ubi obiit pa-
ter Abraham, unde profectus postea
Isahac in Gerar ad Abimelech.
- 25 Tertia partis & persona (sponsæ et
suorum) officium est, uoluntati & or-
dinatio,

ditioni diuinæ consentire, ubi cog-
noverint Dominum ab utraq; parte
agere, & nihil remorari nuptias, sed
hac aut illa leuia necessaria, uestitus,
nuptiarum apparatus, non per omnia
splendide adfuerunt. Hæc curant filij
huius seculi.

Quod Rebecca delapsa de Game,²⁶
lo uelat se ad occursum sponsi, decla-
rat suam reuerentiā & amorem erga
sponsum, quod se ad eius aduentū or-
nat, & pedestris obuiam it.

EX C A P I T E X V.

IOC capite finit celeberrima il-
la historia Abrahæ & porrò
incipit historia Isaac. Descri-
bunturq; triplices genealogiæ, Abra-
hæ, Ismael & Isahac.

Veteres matrimonium estimarūt no-
bilissimum & sanctissimum uitæ ge-
nus propter ordinationē Dei, & mul-
tas eius commoditates, putabātq; se-
mihominē esse extra matrimonium.

Et

Et postquam tatum duos filios habuit, sentiç adhuc genitalem uirtutem, ne ut sterilis truncus moreretur, dum habuit benedictionē Domini de possidenda terra. Atq; ut haberet uitæ so- ciam, quæ sui curam gereret in senectute sua. Propterea Abraham post mortem charissimæ suæ Saræ & post elocatū filium suū Isaac, duxit alia uxorē Kemrā ex qua genuit sex filios.

3. Concubinæ sunt legitimæ uxores, sed non communicant de hæreditate, ita nec ipsarum filij. Matres familias, earumq; filij accipiunt hæreditatem, deoq; ante mortem prudentissimum disponit suum testamentum Abrahāne postea fiat contentio. Et filijs concubinarum dat dona, et dimittit. Filio autem hæreditario Isaac appropiat totam substantiam honorum secundum ius & consuetudinem temporis & ter- ræ.

4. Abraham post longam illam & erū nosam

A P H O R I S. IN GEN. 439

ñosam uitam bene claudit finem uitæ
sua, in senectute bona, cum plane sa/
tur erat huius uitæ. Hæc ita disponit
Dominus. Morit anno 175, ergo 100
annis peregrinatus est. Vixit post Sa/
lam 38 annos.

Moritur tamen longe ante Sem pa/
triarcham filium Noah, qui uixit usq;
ad 50 annum Iacob, sed non cum filijs
Abrahæ, nam nō legimus ueteres pa/
triarchas cum Abraham profectos es/
se, sed māisse aut in Chaldæa, aut As/
syria aut Mesopotamia.

Filij illi concubinarum Abrahæ pro/
ficiuntur, & habitant extra terram
Chanaan circumquacq; in confinibus.
Filij Ismaël uersus meridiem ad Ara/
biam. Filij Keturæ ad orientem. Ita ut
Isahac solus ex filijs Abrahæ maneat
in terra promissa. Hæc ita disponit A/
braham memor promissionis Domi/
ni.

Hæc nomina gentium maxima ex
Ff parte

parte nota sunt in reditu filiorum Isra
el ex Aegypto, quibus cum illis nego
tium fuit.

8 Credibile est & hos filios Abrahæ
fuisse pios & credulos in uerum Deū,
nam ab infantia audiuerūt tot concio
nes patris sui Abrahæ tanti patriar
chæ, fueruntq; circumcisi & in foedere
Domini, solum ergo differunt ab Isa
ac de promissione carnaliter nascendi
Christi ex eius progenie. Sed quoniā
nimium profecit & præualuit idolola
tria, ideo & ipsi quoq; paulatim defec
cerunt ad gentilissimum.

9 Hic recensentur 12 filij Ismaël, qui
singuli sunt facti principes & capita
populorum, quemadmodum Domi
nus ante cap. 17. promiserat. Hi om
nes uersus meridiem habitabāt ad A
braham, nam à Nabaioth uenerūt Na
bathæ & à Kedar Kedareni q; fuerūt
Arabes. Cæterum Nabathea regna
se extenderunt uersus orientem usq;
Assy.

Affyriā, Quid. i. Metam. Eurus ad Eu
cyram Nabatheāq; regna recessit.

Sur desertum est in confinibus Ae 10
gypti, tendens per Arabiam Petreā.
Item montana Seir usq; Hauila cesse-
runt filiis Ismaēl. Hauila hic non po-
test esse India, quia fuit cōtermina ter-
re Chanaan, ubi Saul bella gerit cum
Amalechitis i. Reg. 15. Ergo hæc Ha-
uila ultra Amalechitas ad Arabiam ia-
cuit. Item Astur hoc loco non est illa
Assyria iuxta Chaldæam.

Varia est redditio eius sententiæ, Co 11
tam facie omnium fratrum suorū cor-
ruit aut cecidit. Cōtrouersia illa est in
duab. dictionib. לְעֵד, apud, super,
iuxta, corā, aduersum, cōtra significat
לְבָשַׂר cecidit, corrupt, obruit, inde בָּשָׂר
gigantes, tyranni dicti sunt ab obru-
endo seu opprimendo homines. Plus
timorum sententia est quod in cōspe-
ctu, corām, seu præsentib. suis fratri-
bus seu cognatis mortuus sit.

12 Breuiter absoluit genealogias Ismaëlis & filiorum Kethuræ, ut maneat et prosequatur historiam Isaac, propter promissionem, & linéam Christi.

13 Quamuis mors Abrahæ, hic describita est, utiq; tamen adhuc uiuit, & iōge post partum Iacob & Esau ad annos 15.

14 Ecce quām lento gradu procedit illa benedictio multiplicandæ proliis, et possidendæ terræ. Abraham tantum unum habet hæreditarium filium. Isaac 40 anno ducit uxorem, ea manet sterilis ad 20 annos. Hæc omnia significant aduentum Messia longè prorogandum esse.

15 Dominus exoratus intercessione mariti reddit fœcundam Rebeccam, ad significandum fœcunditatem esse ex Domino, eiusq; esse benedictionē, eamq; apud ipsum solum esse querendam & expectandam, nō apud ueneficas.

ficas. Et maximè hæc sterilitas Rebæ
ce exercebat fidem et patientiam Isahac
de benedictione, & multiplicatione
seminis.

Quo abierit Rebecca quæsitum Do
minus de hac puerorū collisione, in
certum est & uariat interpres. Hoc
tamen certum est abiisse ad aliquem
præsignem eius temporis patriarchā.
Nam hoc est os Domini interrogare,
quando aliquem concionatorem, qui
uocale uerbum Dei prædicat ex offi
cio in dubijs rebus, consulimus. Sunt
qui putant ad Sem profectam esse qui
tunc temporis adhuc uiuebat, qui que
erat omniū uetustissimus, sed hoc mi
hi probare & uerisimile esse uix po
test (quod pace ipsorum dixerim.) Nā
certum est Sem mansisse in Chaldaea
aut finitimiis regionibus, non legimus
ipsum cum Thara aut alias emigrasse
ex Chaldaea aut Assyria. Porro tantū
iter prægrauidā emetiri, ualde impor
tunum

tunum & laboriosum est. Alij putant ad Melchizedec profectā esse, eumque uolūt Sem fuisse, neque hoc probari potest. Saluo aliorum iudicio, & cum pace ipsorum meam sententiam adjiciā, probabilius & uerius esse, Abraham et Isaac post ductas ab utraque parte uxores, segregatos esse, nam certū est ex textu Isaac habitasse circa fontem uidentis & uiuentis, hoc est iuxta Beatus in Geraris. Et Abraham habuisse in Mamre quæ est Hebron, ubi quoque mortuus est, ad cuius mortē pater Isaac Ismaël profecti sunt. Mea ergo sententia est ad Abraham profectam esse, ex quo consuleret Dominum.

17 Duo diuersi populi fidelium & infidelium nati & segregati sunt ex una matre, id futurum fuisse prædictur ex præscientia Dei. Sic adhuc ex una matre Ecclesia nascitur diuersi filij propri & impropri Orthodoxi & hæretici, syncerii &

A P H O R I S. I N G E N. 445

& hypocritæ. Sed hoc additur, aliū robustiorē esse, & maiorem futurū esse minori.

Natiuitas utrorūq; expresse describitur propter originem & causam non minū utriusq;. Esau à pilositate dictus est, & hirsutus natus est. Jacob à supplätatione appellatus est, quod planam fratris tenuit in partu.

Primogenitura apud ueteres erat summa nobilitas, plusq; libertatis, & iuris præ cæteris habebat, ideoq; in digniore loco habebatur. Ita quoq; pater diligit Esau primogenitū, & quod erat gnarus uenator, mater autem dilit Jacob, propter sinceritatem et morum probitatem & quod didicit ex oraculo, minorā fore præstantiore maiore. Ita quoq; Hypocrite sunt splendidiores & nobiliores habitu ueris pīs, sed tandem fit rerum uicissitudo.

Jacob diuina, quadam calliditate excepit primogenituram Esau, sciens pri-

mogenituræ deberi prerogatiuam &
ius benedictionis. Esau uendit eam ex
contemptu et negligentia benedictio-
nis.

21 Esau pro rubeo & delicato ferculo
uendit primogenituram. Iacob relin-
quit ferculum & accipit primogenitu-
ram. Sic impij pro uoluptatib. huius
mundi negligunt & commutant spiri-
tualem benedictionem.

22 Esau figurat filios huius seculi. Ia-
cob figurat filios lucis. Filii huius se-
culi sunt uenatores & præstantissimi,
non tamen his sunt cōtentî, quin quo-
que ubi à uenatione aut rapina rede-
unt, appetunt quę habet Iacob. Filii lu-
cis autem quod habent lautissimū per-
mittunt filiis huius seculi perfrui, & ip-
sis conspicientibus absumere. Interim
ipſi emeruit primogenituram.

23 Esau uilipendit suam primogeni-
turam, quam diuenditam multis la-
chrimis repetit sed non consequitur.
Heb. ii.

Heb. 12. Docet ne dona Dei paruipen-
damus, ne cum amiserimus frustra cū
lachrimis repetamus.

Doctrina huius loci est, ut quisque 24
sua dona quibus ipsum Deus decora-
uit non uilipendat, sed summo studio
conseruet, nec alijs diuendat, hoc est,
non mutet sua dona, pro terrenis deli-
cij, nec sinat sibi eripi, nec prostituat
sua dona.

EX CAPITE XXVI.

 Otum hoc caput continet pe-
regrinationem Isahac, & quid
inter peregrinādum acciderit,
id est, de fame & causa huius peregrī-
nationis, de primo colloquio & pro-
missione Domini. 2. De periculo ab
uxore, & mendacio necessario. 3. De
benedictionis effectu seu frugalitate.
4. De expulsione præ inuidia benedi-
ctionis, & de mansuetudine seu cessio-
ne. 5. De secūdario colloqo Domini,
& religione. 6. De cōfœderatione A-

Ff 5 bimes

I.

2. Totum caput est imago omnium
piorum in mundo , quomodo inter
impios habitent & conflictentur , &
quanto magis cedunt tanto magis
vincunt , & quanto magis impi e/
os conantur opprimere , tanto ma/
gis Dominus eos auget , dilatat , ex/
tollit , ita ut etiam impi eorum ca/
ptent gratiam . Matthæi 5. Beati mi/
ties .

3. Isahac fame compulsus cogitur emi/
grare , fortasse ab Hebrō ubi mortuo/
patre habitauit & alias sedes quere/
re , uoluitq; usq; in Aegyptum profi/
cisci quia terra est uberrima propter
beneficium Nili , & maximè id diuidit
in uaria brachia & ostia , uenitq; usq;
ad Abimelech in Gerar ubi sunt fi/
nes palestine , ibi Dominus ipsum ad
monet ne proficiscatur longius seu in/
Aegy/

Aegyptum, quia nondum tempus ad
uenerat peregrinationis seminis A-
brahe in Aegypto, de quo dixit supra
ad Abraham cap. 15. Docet quid in fa-
me faciēdum sit, nempe sibi & suis cō-
sulere, ita tamen ut fixam habeamus
fiduciam in Deum, qui suos alit in fa-
me.

Hoc primum est colloquium Domi-
nicum Isahac, in quo repetit & reno-
uat promissionem benedictionis pari-
ter terrestrem & spiritualem de bene-
dicto semine. Quod colloquium &
promissio proculdubio ipsum impen-
te exhilararūt, & fidem cōfirmarunt
in hac angustia famis & peregrinatio-
nis.

Quod inquit propter Abrahā non ⁵
intelligas de meritis sed de eius pie-
tate et promissione, & q̄ memoria iu-
storum apud Deum est gratissima &
perpetua, indicatq; Abraham nō om-
nino esse mortuū quāuis est mortuus
corpo-

corporaliter quin spiritum apud Deū uiuere, bonamq; famam esse reliquam uitam hominis in hoc seculo, sic uiuūt adhuc à seculo mortui omnes sancti.

¶ Isahac admonitus à Domino, manet & peregrinatur inter Philistinos in Gerar ciuitate regia Abimelech, ibi inter habitandum incidit in nouum periculum uite, metuit sibi fortasse aulicis, ne in periculū uitæ ueniat propter uxoris pulchritudinem ut pater eius Abraham, cogiturq; necessario mentiri uxorem suam esse sororem suam, & quamvis non mentitur quia est cognata, & non est peccatum ut maritus appellat uxorem suam sororem. Sed hac ratione pudicitia uxoris in periculo est, alij possent eam rapere & uiolare, id quoq; possent, si nominaret uxorem. Ne id faciant lex naturæ & ius receptum prohibet. Potius tamen perferat hanc uiolentiā quam op petat mortem. Sed obserua quam misere

te Dominus ipsum ab hoc periculo liberavit, per regem ipsum, id est mirabilis contingentia.

Id uulgo & hodie fit ut exterorū maiorem habeamus respectum, quam cōsuetorum, ut inquit ille Terentianus Cherea, T edet harū quotidianarū formarum, hæc est noua figura oris.

Contra hoc periculum quoque medīs utitur quibus potest, propter prōmissionem benedicti seminis, & possessionē terræ, ut accipiat & sustineat quamvis iniuriam, etiam uiolandæ uxoris. Proculdubio hæc non leuis tentatio fuit. Primum p̄r famis penuria emigrat, mutat locum, patriam & promissam terram, consulitq̄ sibi per media. Secundo in ipsa peregrinatione uenit in periculum uitæ, cui consulit per periculum & iniuriam uiolādima trimonij. His duabus necessitatib. Dominius tandem præsentissimè succurrit, sed sinit ipsum prius ad extremum tenta-

tentari, ut inde discamus nos quoq; in tentationibus fiduciam in Deum, & expectationem liberationis.

¶ Ex prima tentatione famis liberat Dominus Isahac proprio colloquio & uberrima promissione. Ex benedictionis altera liberat eum per regē ipsū. Ita nouit Dominus suos de tentatione eripere. 2. Pet. 2.

III & III.

¶ Post illas duas tentationes Dominus ipsum liberalissime cōsolatur frugali te frugū copia peculiari & familiari. Ita post magnas tentationes & tribulationes ueniunt magna cōsolations, ut Christo post euictas tentationes satanæ ministrabāt ipsi angeli. Matt. 4. Ut est necessaria uicissitudo estatis et hyemis, solis & pluuiæ, diei et noctis. Ita quoq; necessaria est uicissitudo felicitatis & crucis. In felicibus preparamus nos cōtra infelicia, in infelicibus speramus meliora, eas uicissitudines oport

oportet nos diligenter obseruare.

Sed neq; has benedictiones Dñi potest me inuidia impiorū q;ete p;cipere,
eaq; est fortuna piorum inter impios.
Quāto magis Dñs benedit p;js tāto
magis inuidēt, impediūt, molestant, et
sequunt̄ impij. Cōtra pius Isahac nō
resistit, non repugnat, non defendit su
um ius, nō iactat promissionē Dei de
possidenda terra, & quod prius ibi ha
bitauerat & foderat puteos pater, sed
mitiūtē cōcedit, pacienter fert iniu
tiā, & mutat locū, Beati mites Matt. 5.
Vtinā nos Christiani, hanc doctrinā
christi, hocq; exēplū Isahac possemus
imitari, ita multo ditiores fieremus cū
maiori tranquillitate uitæ.

V.

Certe non leuis fuit hæc tentatio L 12
Isahac de tanta iniuria impiorum, ubi
cung; ipse puteum fodit, alij obruunt
& undequac; afficiunt iniuria, ita ut
cogitur iterum cedere. In hæc iniuria
ipsum

ipsum consolatur Dominus, & renō
uat promissiones. Idē facit Dominus
cum omnibus pijs in medijs tribulati
onibus, consolatur nos spiritu & sug
gerit, quamuis impij persequuntur, &
expellunt nos ex hac vita, restare aliā
uitam longe meliorem. Ita multæ sunt
tribulationes iustorum, sed ex omnib.
his liberat eos Dominus. Per multas
tribulationes oportet nos intrare in
regnum cœlorum. Beati qui persecu
tionem patiuntur propter iustitiam,
quoniam ipsorū est regnum cœlorū.
Gaudete & exultate quoniam copio
sa est uobis merces in cœlo. Matt. 5.

13 Proculdubio Israhac in tantis tribu
lationibus cogitauit, certe Dominus
promisit Patri meo Abraham, et semi
ne eius terram hanc possidendam iure
hæreditario, & ecce undiq; expellor,
incertis circūagor sedibus. His dispu
tationibus succurrit & consolidat ip
sum in fide, repetita promissione. Ita
quoc;

quocq; Dominus per uocale uerbū suū
reperit nobis promissiones melioris
uitæ, in medijs huius uitæ tribulationi
bus. Huiusmodi exēplis debemus no
stram fidem confirmare, quoniā quæ
cunctæ scripta sunt, ad nostram doctri
nam scripta sunt, ut per patientiam et
consolationem scripturarū spem ha
beamus, Rom. 15.

VI.

Ecce uictoriam piorum in sua miti 14
concessione, impij tandem hac mālue
tudine uicti, & minis Domini com
moti, ulcro ueniunt, gratiam offerūt,
& expetunt. Ita qui fuerunt inimicissi
mi reddūtur amicissimi. Obserua quo
que exemplum Isahac benignitatis &
prōptæ familiaritatis, rei ciētes se non
auersatur, non alit repostum odium,
sed familiarissime excipit & tractat
humanissime, uincit bono malū, col
igit prunas in caput ipsorum, pacisci
tut etiam cum regibus, antea expulit
Gg eum

eum rex, iam sunt confoederati ambo.

15 Ita agit Dominus partes piorū suo
rum contra impios, loquitur & cōten-
dit cum impijs, tandem conterit illos,
ut in conscientia nesciant quid faciat,
ut tandem ultro ueniant & gratiā im-
petrent, pijs interim quietis. Id inquit
Dauid Dominum pro ipso responde-
re aduersarijs, & iudicare causam suā.
Docet ergo in iniurijs illatis nō rege-
rere iniurias, prohibet legem talionis,
& priuatam vindictam. Sed dominū
rogare, ut ipse nostras partes defen-
dat & triteatur. Id proculdubio fiet, e/
docti hoc exemplo.

16 Isahac paterna graditur uia, experi-
tur easdem tentationes quas pater. I/
ta & omnes Christiani participes
sunt tribulationum Christi, ut & par-
ticipes fiant gloriæ etc. Si cōpatimur,
& conregnabimus, oportet nos con-
formes fieri imagini filij Dei, Rom. 8.
Huiusmodi colloquia , facta noctu
præ

A P H O R I S. IN GEN. 457

prætristitia iniuriæ iacente insomni L
Isahac, quibus ipsum cōsolatus est. Ip
sæcūlicissim credit Deo & erigit alta
te, id est, restaurat religionem.

Mendacium necessarium in sanctis 17
habet excusationem, imò & laudē so
lertia, cum sit pro salute sua aut proxī
mi, sine proposito nocendi, atq; si ita
exposcit necessitas, & si ueritas pate
facta esset in periculo, & sibi aut pro
ximo damnum daret.

Obruti & obturati fontes possunt 18
esse prouerbialis locus, quoties aliq; s
alteri inuidet felicitatem, famam, aut
quoduis præsigne donum Dei, quod
obnixe nititur impedire, aut quoq;
modo nocete. Mystice obturant fon
tem puræ doctrinæ & gratiæ euangeli
æ, quotquot prauis doctrinis illâ per
turbanit & impediunt.

Vt Philistini fontes Isahac rapien
tavit. Ita quoq; impij rapiunt piorum
bona adeoq; ecclesiastica, honesta in

Gg 2 speci

speciem ratione.

- 20 Eo tandem profecit Isahac, ut etiam
fiat confederatus regis Abimelech.
Atque illud exemplum regium valde
decet imitari cum ijs quos fouet, bene
dicit, & auget Dominus, non pugna-
re, sed familiaritatem contrahere, ita
fiet ut cum Domino simus confede-
rati, nam Isahac est in diuino fœdere,
sic & omnes amici Isahac. Ad eius fœ-
deris perpetuam memoriam nominat
fontem Seba, id est, iuramentum quod
inuicem iurarunt.
- 21 Hic iam oboritur quæstio an statim
cedendum sit iniuriæ, & sinendum sit
quilibet grassari, sine relistētia? Res.
Isahac in hac terra est peregrinus, ni-
hil habet proprij, nisi quātum ex gra-
tia & benevolentia conceditur, dum
non conceditur, cogitur cedere. Qui
autem proprium tenet, & patitur ab
alio iniuriam, habet præsentem magi-
stratum ad ipsum rem referat, audiatur
causæ

causæ cognitionem, concedatq; non
nihil de suo iure pacis causa. De leui
autem iniuria non debemus summum
ius urgere, sed concedere, Dominus
alias compensabit illam iniuriā, pro
pter pacis amorem, ita fiet ut inimicis
similiant amicissimi, & ipsi qui cedunt
habent tanto quietiore uitam, iuxta il
lud: Beati mites quoniam ipsi posside
bunt terram.

EX CAPITE XXVII.

PRIMARIUS locus huius capititis 1
est de prærepta benedictione
ipsi Esau per Iacob, ita subor
nante rem Rebecca matre, & quid in
desecutum sit. Ita incipit hic iam noua
historia de Iacob, & sic segregantur il
li duo populi per Esau et Iacob, de qui
bus supra cap. 25.

Esau primogenitus, prælustrior fra
tre suo Iacob, putat sibi deberi bene
dictionem seminis & possessionē ter
rae, ideoq; super fratrem suum præse

Gg 3 cons

contemnit. Et ut teram possideat, &
soboli multiplicet, p̄ fratre accipit du
as uxores, idq; incōsulto patre & ma
tre, affinitatem contrahit cum ijs quos
Dominus uoluit delere de terra, hoc
est cum Idololatris Chananeis, non
proprie intellecta promissione Dei
de possidēda terra, alia ratione quām
Deus uoluit, nempe p̄ affinitatē. Post
quām Dominus iudicij sui sententianī
de delendis Chananitis non expresse
rat. Eodē errore seductus est Salomō
dū cū omnibus circumiacētibus regi
bus affinitatem contraxit. Si cōsultos
habuisset parentes, certe idem consu
luissent quod consuluit Abraham &
sahac, & ipse postea consuluit Iacob.
Ideoq; Moses breuibus & neglectis
uerbis iudicat tantū, non describit nu
ptias Esau.

Ex illo inconsulto, temerario, & im
pío matrimonio quid, secutum sit, se
quitur eas duas uxores Esau, multum
mole-

A P H O R I S. I N G E N. 461

molestiæ peperisse pariter Isahac & Rebeccæ, ex dissimilitudine tum reli- gionis, tum morum. Docet adolescē- les ne temere, inconsultis parentibus præsentibus, contrahant matrimonii- um.

Isahac centesimum egit annum, cum 4 Esau duxit uxores, nam 40 annos e- rat natus dum duxit Rebeccā. Rebec- ca erat 20 annos sterilis, de hinc E- sau erat natus 40 annos cum duxit u- xores, quos si computes faciunt 100 annos. Et dehinc in ipsa cęcitate uixit 80 annos.

Hæc autem benedictio facta est cir- 5 citer annū Isahac 137, anno 77 Iacob, 37 anno post nuptias Esau, post illam benedictionem uixit 43 annos.

Ecce continentiam & celibatum Ia 6 cob usq ad tam prouectam ætatem. Causa quæ fuerit nō est expressa. Pro- culdubio postquam uidet Esau fratrē suum præstantiorem, plane in familia

paterna regnum obtinere, adeoç ipsū
esse male coniugatū cum idololatris,
superbis & rebellibus uxoribus, no-
luit, etiam parentibus desuadentibus,
ducere uxorem, maximè Chananeā,
ne quam aliam nouam molestiam face-
ret parentibus.

7 *Heth fuit secundus filius Chanaan* & Elon Hethorum ex nobilissima
prosapia Chananeorum, non est er-
godubium quin ideo superbierint cō-
tra incolas Isahac et Rebeccam. Et ma-
xime ipsorum religionem præ sua cō-
tempserint.

8 *Ipse pater Isahac postquam uidet se*
senescere & finem uitæ expectare, ui-
detç Esau augeri prole & esse præstâ-
tiorerem et sagatiorem fratre suo Iacob,
qui nullam habeat nec uxorem, nec fi-
lios, putabat huic Esau ut primogeni-
to deberi benedictionem & præroga-
tiuam primogenituræ, & promissi se-
minis benedicti. Ideoç destinat illi be-
nedit

APPHORIS. IN GEN. 463

nedictionem, sed dispositio Domini
est quod nō immediate procedit, quin
prius ablegat ipsum in uenationem,
interim frater præripit mirabili euen-
tu.

Mater Rebecca audit, quod intēdit ⁹
maritus Isahac, meditatam habet a-
pud se uerbum Domini & promissio
nem, quod maior seruiret minori, his
accessit euentus, quod Esau uendide-
rat ius primogeniturae fratri suo Ia-
cob. Ideo studiosissime nititur præ-
uertere & præripere benedictio-
nem.

Hæc benedictio non fuit vulgaris ¹⁰
benedictio, sed quasi testamentum, &
finalis ordinatio, eaçq; non de leuibus
negotijs, sed de primogenitura, nobis-
licate, magistratu, sacerdotio, & regia
dignitate, de præcipua parte hæredita-
tis, summa de patriarchatu, et maxime
de progeneratione promissi Messiae.
Id permagni retulit, & cuicunq; pater

Gg 5 des

dederit illam benedictionem, illi ces-
sit, iuxta illud cuiuscumque benedixeris sit
ille benedictus. Ideoque pater cum qua-
dam celebritate uult peragere. Pater
lautissime comedit. Filius præciosissi-
mas, sacrasque uestes induit, osculatur,
filius procumbit in genua. Pater ma-
nus imponit capiti & benedicit. Inde
est nostra Phrasis euangelica de ma-
nuum impositione, que non est levius
habenda, quam haec benedictio, quia ibi
constituitur, iniciatur & promouetur
doctor Ecclesiæ. Illa benedictio po-
stea uersa est in unctionem, pariter re-
gum et sacerdotum. Et illa promotio su-
perat alias promotiones omnes, magi-
sterij, doctoratus, & aliarum professio-
num. Nam nulla promotio habet eam
potestatem quam haec habet, publice
docendi uerbum Dei, remittendi pec-
cata, consecrandi & administrandi sa-
cramenta, quæ alia persona non po-
test

test nec debet, exemplum in Ozia,
2. Par. 26.

Hoc insigne mendacium, non debet nec potest nostro mendacio patrocinari, quia sit ex iussu matris, quae habet certum Dei uerbum, quod maior seruiret minori, atque ita per consequentiam sit quasi ex iussu Dei. Et equius est ut mentiatur homo & falatur homo quam ut mentiretur Deus. De mendacio necessario supra dixi. Et quamvis hic Iacob habet suam excusationem ex iussu matris & ex uerbo Dei, attamen non sit sine peccato contra secundum, quartum, & octauum præceptum, nec relinquitur multum.

Nam longo post tempore huic Iacob sui ipsius filij mentiuntur, & maximum pariunt dolorem, dum inquistunt, Joseph esse à fera disceptū quem uendiderunt Aegyptijs.

Ecce quantus ardor fidei fuerit in patriar-

patriarchis de promisso semine, seu
uenturo Messia, quem adfectarint es-
se in eius prosapia seu genealogia.

13 Quod inquit, & erit ipse benedi-
ctus, indicat se diuino spiritu afflatum
fuisse in ipsa benedictione, & diuinā
esse hanc benedictionem, atq; irreuo-
cabilem. Tātē virtutis est legitima uo-
catio & ordinatio ad certum officiū,
tum ecclesiasticū tum politicū. Nam
Dominus ibi agit, & suppeditat singu-
lares uirtutes, successum & felicitatē.
Quod alias non facit, ubi tunc nō ad-
est spiritus Dei, sed spiritus phanati-
cus Diaboli.

14 Esau magna uoce queritur & deflet
præceptam primogenituram & bene-
dictionem, nunc expendit animo quā-
malum sit Dei dona uilipendere.

15 Senex & cærcus Isahac figurat De-
um, Rebecca matrem Ecclesiam, Esau
& Iacob, Iudeos & gentes, filios hu-
ius seculi & filios lucis, iustitiarios &
credentes. Isahac

Isahac externe cæcus, interne acutissimos oculos mentis et fidei habet. Nobis autem videtur cæcus Deus, dum impensis largitur huius uitæ felicitatē, & aparet ac si uelit quoque externe uitæ felicitatē tribuere. Sed mater nostra Ecclesia quæ habet certū uerbū Dei, de utrisque filijs, quod maior seruiat minorem, facit quod filij lucis credentes, intercipiant filijs huius seculi benedictionem, hoc fit dum Esau uenatur.

Esau cum suis Iudeis dum uenatur & sectatur iustitiam legis, iustitiam Dei non inuenit. Item dum iustitiarij uenatur sua opera, merita, satisfactiones. Interim prius manent domi, faciunt sua officia in fide Iesu Christi, quod est laudissimum epulum patri Deo, unde delectatus tribuit benedictionem. Filii huius seculi uenantur cum suo Esau huius uitæ felicitates, putantque fratres secuturus esse, sed falluntur, eas Jacob cum suis Christianis fidelibus intercipit.

Capi-

- 18** Capitale est abiuratum illud odii
Esau contra fratrem suum Iacob, her-
reditarium est, & successorium, in om-
nia tempora dum stat mundus, inter
pios & impios. Non est alia causa cur
impij pios persequuntur, quam quod
ipsi si uideant benedictionem interces-
ptam, quam sibi uolunt propriam esse.
- 19** Mater consensu patris ablegat Ia-
cob ne ipsum trucidet Esau: Ita Chris-
tus, inquit, Matt. 10. Si uos persecuti-
fuerint in una ciuitate fugite in aliam.
Iacob cedit Esau. Ita pi j cedant furor
impiorum. Beati mites quoniam ipsi
possidebunt terram.
- 20** Esau non fuisset propterea exclu-
sus à gratia & uita æterna, quāuis hāc
benedictionem genealogię Christi
non assequitur, fuisset utiq; saluus, ni
si incurriisset odium fratri sui, ergo si
est damnatus, ex odio fratri damna-
tus est. Sunt tamen postea reconcilia-
ti. Ut Saul non fuisset propterea dam-
natus,

natus, quod deiiciebatur à regia maiestate, si poenitentiam de inobedientia egisset, nec prosequutus fuisset David, & rebellasset voluntati Dei.

Ecce quantum damnum importat exigui Doni dei cōtemptus. Hęc præsciuit Dominus fore, ideo pronunciari, maiorem seruiturum minori.

Necesse est Isahac in ipsa cæxitate acutissimos oculos mentis habuisse præuidit in spiritu, progeniem Iacob regiam fore, & multos populos sibi subdituram esse, cum inquit Esau fratri tuo seruies quod impletum est per David, 2. Reg. 8. Et quod inquit excutes iugum eius, id factum est regnante loram, 4. Reg. 8.

EX CAPITE XXVIII.

Insigne hoc caput ē, ppter scilicet uotū Iacob, habetq; hos præcipuos locos, 1. de ablegatione et benedict. Iacob, 2. de trigamia Esau,

Esaū uolens ita reconciliare parētes.
 3. De somno, & scala Iacob, de collo/
 quio et benedict. Dei sup Iacob. 4. De
 auspicio domus Dei, & uoto Iacob.

^{I.}
 2 Superiora cum his cohaerent, & est
 historię continuatio. Rebecca ut das-
 ret Isahac occasionem alegandi Ia-
 cob, ne interficeret eum Esau, neque re-
 sciret Isahac hoc odium Esau, consul-
 tat ipsum de accipienda uxore Iacob,
 Isahac uocat Iacob, alegat, benedi-
 cit, et consulit ut ducat uxorem de san-
 cta familia paterna & materna.

3 In allegatione repetit et confirmat
 Isahac benedictionem super Iacob, &
 agnoscit se non esse deceptum, sed di-
 uina dispositione rem geri.

4 Iacob obedit & obsequitur cōsilio
 parentum, accingitur ad tam longum
 iter solus, proficiscitur in Aram fluui-
 orum, alias Mesopotamiam, & felici-
 ter illi succedit omnia, docet nos quar-
 tum præceptum. Obis-

I I.

Obiter inspergit paruam mentio-
nem de Esau, statimq; redit ad integrā
historiam patriarcharum. Neq; hoc fa-
cit temere, ut indicet quāto studio E-
sau molitus sit, hanc præceptam bene-
dictionem impedire, & rursum præri-
pere, arbitraturq; hanc benedictionē
per errorem factam, inanem & falsam
esse, nec habituram successum & effe-
ctum.

Ecce quid parat Esau fratre Jacob
iam longe remoto & ablegato, & for-
tasse nunquam reuersuro; nihil obsta-
re, nihilq; esse negotij quin ipse possi-
deat terram, ideoq; & adhuc tertiam
adiungit uxorem ut numero filiorum
& affinitate præualeat; etiam si post lō
ga tempora redierit frater, ipsi præoc-
cupent loca. Ita ad impietatem q; cre-
dit patris benedictionem non else di-
uinam, addit quoq; temeritatem quod
nullus ei ui opponere fratri. Simile exē-

Hh plum

plum postea exhibuit Saul, contra un
ctionem Dauidis.

7 Neq; hanc uxorem accipit consilio
parentum sed ita tamen ne sit ut putat
parētib. aduersum, hypocriticæ. Atq;
hoc habet speciem impietatis, nā con
trahit cum illis affinitatē quibus erat
possessio terræ recusata, ut ita sepultū
odium resuscitet, & tumultū excitet,
ut affinitate fortior præualeat uni Ia
cob. Summa, prænixe studet benedi
ctionem diuinam super Iacob impedi
re, ut Saul contra Dauid, sed frustra.

8 Eadem est ratio piorum & impiorū
in hoc mundo. Dum pīj cedunt minis
& violentiæ impiorum, interim impīj
dominantur regnumq; obtinent. Sed
suo tempore redibunt pīj in uita futu
ra & possidebunt terram, aeterna hæ
reditate.

9 Impīj dum uolunt rem emendare,
peiores efficiunt, & malum malo ad
dunt. Esau uidet parentes male adfe
ctos

Etos de Chananitis præfractis uxori-
bus, addit & Ismaëliticā innato & ge-
niali odio infectam erga hanc genera-
tionem propter promissionem possi-
dendæ terræ & benedictū illud semen.
Nam oportuit Isahac hanc promissio-
nem suę posteritati & familie maxi-
me sabbatis diebus docere, quā cum
audirent hæc mulieres aut contempse-
runt, aut deriserunt, aut inde iurgia ex-
citarunt.

Ecce miserrimam formā huius san-
cte familie, in hanc domum introdu-
cunt & regnant impiæ mulieres, uera
domina & matrefamilias neglecta &
ludibrio habita, pius filius cedit impio
fratri & exulat. Pater senex & ca-
cus
est.

Eadem forma est Ecclesie in quam
variae doctrinæ & hereses inducuntur
et regnant matre familias, uera doctri-
na neglecta, contempta & oppressa.
Pater ad hæc cæxit, Deus hæc per-
mittit;

mittit, & apparet ac si non uideat. Pi-
us frater, boni administratores & con-
cionatores impiorum tyrannide ex-
truduntur.

ii In hac ablegatione docentur paren-
tes, ut cum benedictione dimitcant fi-
lios. Item ut consulant filijs de matri-
monio contrahendo. Filij hoc loco e-
rudiuntur, ne proficiscantur nisi able-
gentur a parentibus, atq; ut benedictio
nem parentum accipient secum. Item
ne contrahant matrimonium nisi ex
consilio parentum, maximè si in prō-
ptu habent.

ii In eo quod dicit det tibi Dominus
benedictionem Abrahæ, summam be-
nedictionis complectitur de multipli-
catione prolis, 2. de possidenda terra,
3. de semine benedicto, Christo uideli-
cet.

iiii Tantum diluvium impietatis exur-
dauerat per totam terram post diluvi-
um aquæ, statim post tempora Noah,
ad huc

adhuc uiuo Sem, ut hic Jacob non potest ueræ pietatis familiam inuenire inter se et suam cognitionem quæ distat multis miliaribus. Adeo & ipsa familia non permansit syncera, nam & ipsa recepit idolatriam, quia Rachel postea furatur aureos deos patri suo Laban.

Discrimen uerí cultus erat à falso,¹⁴ quod falsus habuit idola seu imagines, uerus habuit nulla idola. Vterque offerebat uictimas. Falsus habuit proprios fictitios imaginarios Deos sine uerbo Dei. Verus cultus coluit uerum Deum in cœlis in certo uerbo, sine imaginibus seu statuis.

III.

Iam redimus ad nouam & integrām¹⁵ historiā de Jacob, iam à parentib. ablegatus proficiscitur Haran, sed magno cum dolore, nam hic relinquit chilicos parentes, nescius an unquam eos uiuos reuiset, fratrem quem oportuit

Hh 3 tuit

tuit esse coniunctissimum , abiuratissi-
mum habet hostem, uersatur in igno-
ta regione , inter impios idololatras,
non audet se cuiquam committere, ma-
net solus in aprico sub dio , sola fide
erga Deum, & magnifica illa benedi-
ctione paterna se consolatur, eam sem-
per uersat mente interdiu , in eaç⁹ ob-
dormit, & fit ut omnia quæ sensu uol-
uuntur uota diurno. Pectore sponito
reddit amica quies, hoc est uidet & au-
det per somnum à Deo quæ à patre au-
dierat.

16 Dum Jacob fuit apud parentes Do-
minus non cum ipso locutus est, neç⁹
est ipsum consolatus, quia habuit uo-
cale uerbum Dei & diuinam consola-
tionem in parentibus: Nunc autem cū
est omni consolatione destitutus, Do-
minus ipsum nō destituit, sed assūmit
& consolatur copiosissime, ut inquit
Dauid. Pater & mater dereliquerunt
me, Dominus autē assumpsit me. Sed
hanc

hanc consolationem Dominus pro-
trahit ferè ad tertium usq; diem seu no-
ctem, dum uenit à Bersaba usq; Bethel
seu Luzam, nam uolūt hunc locū eun-
dem fuisse, in quo Abraham immola-
tet Isaiac, ad quem iter erat triduanū.

Dominus suo primo colloquio cō 17
firmat illam benedictionem paternā,
ut fidem certificet & augeat.

Jacob destitutus omni humana cō 18
consolatione & tutela, in ignotis terris,
solus in campo, ingruente nocte, cō-
mittit se diuinæ tutelæ & auræ atq; ob-
dormit.

Hic habemus egregium exemplū, 19
& expressam imaginem diuinæ miseri-
cordiæ, bonitatis & auræ, quam quis-
que pius sibi imaginetur, & certo per-
suadeat, itidem secum agere Dominū
quemadmodum hic agit, cum Jacob.

Hæc autē scripta sunt ad fidei nostræ
confirmationem, nam & nos eundem
habemus & columus Deum, eiq; con-

Hh. 4 fidis

fidimus, quemadmodum hic Iacob.

20 Huiusmodi somnia non sunt vulgaria, sed quasi uigiles & oculares uilliones, unde est Num. 12,

21 Ut certius credat Iacob huic colloquio et sequenti promissione, primum se se describit Deus, quod sit uerus ille Deus quem suus auus & pater coluerunt, cæteri Di gentium sunt idola & dæmonia. Deinde repetit & cōfirmat paternam benedictionē, & certificat eū de hoc itinere, & toto uitæ cursu.

22 Hac promissione cœlum aperitur, gratia promittitur, demittit̄ scala per quam angeli & omnes pñj descendunt & ascendunt, per quam orationes nostræ ascēdunt, & rursum gratia et misericordia Dei descēdit. Scala ipsa, Christus est, pertinet à cœlo usq; ad terrā qui de cœlo descendens homo factus est, quod autem illi mittitur Deus, significat Christū esse uerum Deum cum patre, & futurum esse hominem,
sed

sed per longa tempora & generatio-
nes q̄ in gradibus scalæ adumbratur,
quos gradus seu generatiōes, Matt. 1.
& Luc. 3. enumerant, duo latera scalæ
per quæ descendit, sunt in ea gene-
ratione iusti et peccatores, ut exponit
Lira. Hæc scala pariter stat in terra &
cœlo, Christus est uerus Deus & ho-
mo. At Deus huic scalæ innixus lo-
quitur & benedicit nobis per Chri-
stum, per hanc solam scalam ascendi-
mus in cœlum, ad quam alludit Chri-
stus, Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlū ni-
si qui descēdit de cœlo, filius hominis
qui est in cœlo. Ita in hac scala adum-
bratum est nouum testamentum, &
Christus ipse, totumq; euangelium.

Præterea in hac uisione seu somnio 23
est depictus totus processus euange-
lij. Primum præcedit figura, deinde se-
quitur uerbum, seu Christus ipse. At-
que hic est uera ecclesiæ descriptio, nē
pe ubi loquitur Deus per uocale uer-

Hh s bum,

bum, & ubi auditur, fidei suscipitur
uerbum, ibi est cœlum apertum, ibi a/
scenditur & descenditur per scalam
Christum.

24 Magnum est mysterium huius figu/
rae de Christo, nepe Christus est cum
Deo patre in cœlis unus, uerius, & ue/
rus Deus, in terra est uerus homo si/
mul, ibiç dormit per mortem, à morte
resurgit & ascendit.

25 Præterea hic apparet tota & indiu/
sa trinitas. Deus pater inititur scalæ
Christo, in ea scala ascendunt et descen/
dunt angeli, seu gratia Spiritus san/
cti.

26 Post figuram sequitur uiuum & uo/
cale uerbum, post figuras ueteris te/
stamenti sequitur Christus, sed post
longa tempora.

27 Ut huic promissioni certo crederet
primum se se describit Deus, quod sic
ille Deus uerus quem coluerunt eius
patres Abraham & Isahac. Deinde re/
petit

petit promissiones paternas, primum de possidenda terra, deinde de auctio ne prolis, tertio de benedicto semine Christo nascendo in sua progenie. In hebreo est: In te benedicuntur, septua ginta, addiderunt, & in semine tuo, ut Christum nominatim exprimant.

Hæc liberaliter dicta sunt de possi denda terra Chanaan, in qua hæc omnia essent perficienda in Christo cor poraliter, ubi Christus de cœlis descē deret, conciperetur, nascetur, homo fieret doceret, miracula faceret, dor miret seu moreretur, resurgeret, & ad cœlos ascenderet. Mystice autem est amplior promissio in Christo, nempe quod ipse totam terram possideret, & damnaretur à mari usq; ad mare, & ex tendereb^t suum regnum in omnes qua tuor plagas & fines terræ, cuius semē seu progenies fidelium esset innumerabilis, & in quo benedicerentur omnes tribus terræ. Item quod Deus est nobis

nobiscum custodit nos in via hac qua-
imus & uiuimus, neç est nos desertu-
rus, qui reducturus in patriam coele-
stem. Ita hæc figura, hæcç promissio
est communis omnibus fidelibus.

29 Hæc scala Jacob per omnem uitam
in mente & fide hæsit, huius meditati-
one fidem suam exercuit, & idem por-
ro alios docuit.

30 Jacob à somno euigilans disparenti
bus omnibus, cognoscit non fuisse le-
ue et uulgare somnium sed certam di-
uinam uisionem, ideoç ait. Veredo-
minus est in loco isto, hic locus diui-
nus est, aut sacer in quo sacra peragū-
tur sacrificia, ubi obtulit Abrahā Iса-
hac, & ego nesciebam, alias præ reue-
rētia loci nō hic decubuisse, excusat
se de ignorantia, & pergit uenerabun-
dus dicere, quām reuerendus est locus
iste, non est ipse aliud, quām domus
Dei, et ipse est porta cœli. Ergo locus
Dei ubi sacra peragunt est reuerenter
habendus.

Dor.

Domus Dei est ipsa Ecclesia ubi²¹
habitat Deus, ubi loquitur & auditur
Deus, ubi patet cœlū, ubi ascenditur
& descenditur per scalam ad Christū,
ibic^z est porta, certus patens^cq^z ingress
sus in cœlum, alias riusquam.

Deinde quām primum surrexit, ad²²
perpetuam huius rei uisionis, promis
sionis^cq^z memoriam, erexit ipsum lapi
dem qui iacuit ad caput pro ceruicali,
& iungit ut esset sacer, & ad altare sa
cruum^cq^z ædificium destinatus. Atque
hoc facit ex uera fide, quod his pro
missionibus firmissime credit.

Vocauit^cq^z nomē loci illius nouo no²³
mine, uisioni, seu somnio, item & futu
ro usui respondēte, nempe Bethel, ut
sit domus Dei, ubi Dominus per uer
bum suum uocale habitet, ubi inuoca
tur & laudatur. Hoc nomen imponit
huic loco, quasi Dominus & heredita
tius possessor loci, id quoq^z facit ex fi
de promissionis.

Sequuntur

I I I I.

24 Sequitur quartus locus de Voto lab
cob, quod per ignorantiam multi de-
torserunt ad impias superstitiones, &
maxime ad uota hypocritica. Porro
hoc uotum non est hypocriticum, nec
superstitiosum, sed piu[m] & necessari-
um ad gratitudinem, et est & debet es-
se omnibus Christianis cōmune, nem
pe de prouehenda, augenda & cōser-
uanda uera religione, pro sua faculta-
te.

25 Votum est quædam spontanea ob-
ligatio dictorum præstandorum. Re-
spicit tria. Verbum Dei, facultatē no-
stram, & charitatē proximi. Nihil est
uouendum contra uerbum Dei, ut of-
ferre filios, monasterium ingredi, &c.
Nec cōtra facultatem nostram, ut uo-
uere cœlibatum, &c. Item nec contra
charitatem, ut quod debeas parenti-
bus, filijs, & amicis egenis uovere ad
sacra, ad Korban, Matt. 15. Ideoç[u] uo-

ta, foedera, & iuramenta possunt infrin-
gi in illicitis, ut Dauid recantauit iura
mentum de interficiendo Nabal. He-
todes damnantur de seruato iuramen-
to puellæ , de dando capite Iohan-
nis.

Hæc cōditionē nō addit quasi diffi- 26
dat pmissioni , sed respicit pmissionē
& fidē , simulç se obligat ad gratiarū
actionem. Quām certo me Dominus
reduxerit saluum in terram hanc pro-
missam , dederitç eam facultatem ut
potero , primū erit ut constituā ueram
religionem ueri Dei. Nam nisi Domi-
nus ipsum reduxisset , nisi possessionē
terrae , facultatesç dedisset non potu-
isset stare uoto. Ergo omnia uota de-
bent fieri cum respectu & conditio-
ne.

Quod inquit Dominus erit mihi in 27
Deum , excludit alios omnes Deos &
idola gentium , & indicat uerum cultū
Veri Dei νῦν , qui est in essentia De-

us, qui fecit cœlum & terram, & coll
uult in spiritu, sine omni imagine aut
medio.

23 Ad hoc uotum obligatus est quis-
que Christianus, nempe ut sua faculta-
te adiuuet & conseruet religionē, un-
de etiā à Christo laudatur uidua quæ
obtulit duo minuta æra ad templum,
Mar. 12. Luc. 21. In veteri testamēto o-
mnes ex æquo per legem astringeban-
tur ad primitias & decimas soluēdas.
Nostrī seculi hominū genus est om-
nium ingratissimum, imò et sacrilegū,
q̄ maiores liberalissimè largiti sunt ip-
si rapiunt, taceo ut etiam aliquid con-
tribuant.

19 Nisi à maioribus ita Parochijs esset
prouisum, per inopiam & hominū il-
liberalitatēt omnes parochi aufugis-
sent, & uerbum Dei iam diu esset abla-
tum. Et quidem breui futurū est ut pro-
pter eam ingratitudinem, illiberalita-
tem, & sacrilegium auferatur uerbū.
Nam

Nam non minor est uirtus quam quæ
tertæ parta tueri. Primum & præcipuū
officium principum est, ut data terra
erigant & constituant ueram religio-
nem, ut hic Iacob facit, nō cogitēt de
exactione expilatione, oppreſſione,
& uoluptatibus, recita exempla uer-
tum.

Vt scala, ita & hic lapis figurat Chri- 30
stum secundum sententiam Cypriani
et Augustini, qui in fundamento Ziō
est fundatus Isa. 8. & 28 quem repro-
bauerunt xđificantes, & est factus in
caput anguli, Psal. 117. sustinet utrūq;
parietē, & fecit ex utriscq; unū, Eph. 2.
Super quam petrā Christus fundauit
Ecclesiam suam, Matth. 16. Ad quem
lapidē qui offendit læditur, super quē
aurē ipse ceciderit colliditur, Matt. 21.
Hic lapis unctus est oleo lætitiae, Psal-
mo 44. Quærit an etiam nocturnis ap-
paritionibus, & allocutionibus creda-
mus & obsequiamur. Resp. In salutis
li nes

negotio nemo præter Christū audiebat
dus est, nec angelus ē cœlo. De nego-
tij nostris autem, sepe fit ut angeli bo-
ni appareat, ut Paulo in naufragio, Pe-
tro in carcere.

EX C A P I T E X X I X .

Prosequitur Moses historiam
itineris Iacob quomodo usq;
Haran ad Laban perrexerat,
et quam felici casu, seu dispositione di-
uina, incidit in salutationem, & collo-
quium Rachel. Hæc omnia docent di-
uinam erga nos curam, & prouidenti-
am. Deinde quam familiarissime ab ip-
so Labā exceptus sit, & pactus de ser-
uitute eiusq; premio, nempe de danda
Rachel. Postea describit eius matri-
monium, et quomodo de industria La-
ban pro Rachel introduxit Leam, ac
tandem quoq; iūxit Rachel, singulis
filiabus datis famulabus, ita ut quatuor
duceret uxores simul. Necq; hæc ca-
su, sed singulari dispositione diuina
con-

contigisse, ut Jacob secundum promissione augeretur prole, id est ex sancta familia.

Percontatus de loco & persona filii hali, nempe de Haran & Laban, edocet usq[ue] de eius salute, adeo & de aduentare Rachel, exardescit naturali & diuino amore de felici successu, nescit quibus signis gratitudinem & animi laetitiam declarat, exhibet beneficium adequationis ut sic ineat gratia & capiet benevolentiam erga Rachel. Rachel tantum prosapix filia pascit oves, & docet nostras puellas quantumuis nobiles et diuites honestum & domestici labore, non otium, delicias et mollitiem.

Praminima laetitia de felici itinere tam logo & periculo, post salutationem, colloquium & osculum suorum cognatorum, erumpunt sibi lachrymæ, de potitis uotis.

Laban docet nos hospitalitatem, dum Jacob familiarissime excipit, et auscul-

li a sac

rat totius rei gestæ de patre & matre,
de fratre et sua benedictione narratio-
nē, & maxime de fuga ab Esau ex ius-
su parentum, recipit ipsum in suam fa-
miliam, non tamen ut frustra laboreat,
& seruat, sed ex certa pacta mercede.

5 Jacob iussus poscere mercedem pro
seruitio petit sibi dari Rachel in uxo-
rem, quæ primum occurrit, in quā pri-
mos amoris fixit radios, & quod pul-
chrior erat sorore Lea. Quod autē po-
scit dari uxorem, id facit ex iussu par-
tum, quod ex ea familia duceret uxo-
rem.

6 Laban accipit conditionem, despō-
det sibi filiā Rachel, post 7 annos co-
pulandā, interim Lea non elocari po-
terat propter lippitudinem, ob id cogi-
tat Labā fallaciā de subinducenda Lea
pro Rachel.

7 Oportet aliam fuisse formam copu-
landi coniuges quam apud nos in Ec-
clesia seruatur, & tantum factam esse
per

per patrem sponsæ iuxta, uel in thoro
uesperi, cuius adhuc apud nos seruat
uestigia. Laban quamuis despontit la**8**
cob Rachel ante septennium, putauit
tamen interea se elocaturum esse Leā,
quæ dum propter lippitudinem despi-
citur & innupta manet, necessitate co-
gitur hanc fallaciam struere, nam nisi
prior elocaretur Lea, periculum fui-
set ut in perpetuū innupta & cœlebs
manneret, ideoç̄ prospicit filiæ suæ, &
Pro Rachel Leam subinducit. Hę quā
uis sunt humanæ rationes, proculdu-
bio tamen res diuino consilio gestæ
sunt, nēpe quod Dominus uoluit ac-
celerare multiplicationem prolis la-
cob, id tam subito per unam uxorem
fieri non potuit, nec restabant alia fa-
milia pia, & ab idolatria alienæ, quā
haec Laban, ideo permisit ut utrasq; so-
tores duceret Jacob.

Hoc exemplum non positum est ad **9**
imitationem, nam Dominus postea in *Leuit. 15.*

lege cauit, ne quis uxor is suæ soror è
duceret ipsa adhuc uiuente, neq; hic se
cisset lacob aut Laban, nisi necessitas,
aut casus intercidisset. Nam si lacob
contentus fuisset et hac fallacia et acqui-
euisset in Lea, non addidisset Rachel.
Sed quia lacob indigne fert illusionè,
& pactum urget de Rachel, factumq;
fuisset odiosum, & ingratum coniugi-
um, & quia iam Lea est cognita per la-
cob, ideo repudiari nequivit, propte/
rea superaddita est Rachel.

10. lacob expostulat cum Laban de pa-
cto, Laban excusat se de consuetudi-
ne, promittitq; se staturū pacto, ideo
conquiescit lacob.

11. Lea docet omnes puellas propter
aliquem n̄xuum despectas, in Domi-
num sperare, ipseq; pro ipsis curabit.

12. Laban dat nuptui domestico suo fi-
liam, & Dominus bene fortunat. Eius
modi exempla aliqua apud nos sunt,
quod Dominus seruo suo fideli & œ-
conomico,

economico, nuptui tradat filiam & res
bene cedit. Estq; meo iudicio consulti
us quam dare alicui diuiti oculo et im-
pio.

Facile fit ut qui cupiat Rachel & cū 13
duxerit & cognouit, inuenit eīse Leā.
Hoc est dum putat à primis cōspectu
pulchram, piām, benignam, bene mo-
ratam & œconomicam, sanam & ab
omni parte absolutam puellam. Vbi
autem duxerit, & cohabitauerit, mo-
tesq; eius perspexerit, eīse plane ab
opiniōe diuersam, morosam, rebellē,
negligentem, &c. Non tamen propte-
rea est repudianda.

Sed quid sit Iacob utiq; hæret amo-
re in Rachel. Quod dum uidit Domi-
nus cōmutat sua dona. Rachel est pro-
pter pulchritudinem chara, ergo Leā
erit quoq; chara propter fœcundita-
tem. Ita Dominus adhuc dispensat &
distribuit sua dona, non contribuit u-
ni omnia simul.

15 Lea nominibus filiorum exprimit
& agnoscit Dei donum esse hanc fœ
cunditatem, simulq; gratias agit.

16 Ecce de specta & lippis oculis Lea,
tanta decoratur à Deo gratia, præ so
tore sua Rachel, ut non tantum fœcū
da sit, sororem manente sterili. Sed quod
etiam sit proaia Christi, nam est ma
ter Iuda, ex cuius stirpe natus ē Chri
stus. Adeo est totius sacerdotalis, &
Regalis stirpis mater, nam ex Leui sa
cerdotale ex Iuda regale genus propa
gatum est.

17 Anno 84 sux ætatis Iacob ducit u
xores, Ecce continentiam tanti uiri.

B X C A P I T E X X X .

Duo sunt huius capituli loci præcipui.

1. De filiorum procreatiōne.

2. De noua mercede & seruitute Iacob.

RAHEL uidēs se esse sterilem,
& uterum suum à Deo clau
sum esse, quod per se erat op
probrium mulierum, maxime dolet.
Ec

Et non tantum ob hoc dolet, sed post
quam à marito audierat de benedicto
semine, ex eius progenie nascendo, in
uidet hanc felicitatem suæ sorori, imò
ex animo dolet hanc gratiam sibi præ
ripi.

Obserua quoq; sanctorum fragilita²
tem, affectus, uitia & peccata, Rachel
inuidet sorori, Jacob irascitur, utiq; ta
men manent sancti.

Atq; hic apertissimus locus est filios ³
esse singulare donū Dei, ideo inquit
Jacob. Nūquid supra Deum ego sum.
Aut nunquid Deus, ut me de pueris
solicites, solicita Deum.

Hac genealogia tam expresse pro- ⁴
pter ¹² patriarchas describitur, & quo
modo eos Dominus produxerit.

Rachel perpetua suæ sterilitatis op^s
probrium, modeste quiescit non abu-
titur illicitis medijs, ut aliquot mulie-
res, sed adiungit marito suo suā ancil-
lam, quæ quoq; erat legitima uxor, sed

It 5 non

non materfamilias, cuius filij erāt dominix suæ. Ideo inquit ut pariat mihi filios super genua mea, nempe adoptios, quos in sinu meo pro meis forueam.

- 6 Ancillæ erant ex arbitrio matris familias nec dormiebant cum marito, nisi copularent & admitterent matres familias. Et opinor propterea ancillas pro concubinis additas esse si interfamilias fortasse esset sterilis, ut filios gigneret ex ancilla concubina, & ita ædificaretur, ne esset sine herede. Ille ius tum erat receptū, & est adhuc in illis regionibus, in nostris nō item.
- 7 Nomina filiorum habent suas ethimologias ex contextu, & iudicant filios Dei dona esse, & à Deo singulatiter dari, utinam hoc omnes in filijs nostris animaduerteremus.
- 8 Duodecim illi filij connumerata Diana pro Benjamin ad huc nascendo, natissunt Iacob intra septem annos. Ecce

A P H O R I S. IN G E N. 497.

ce quomodo Dominus suam benedictionem proliis promouet, tā diu prologatam.

Hæc descriptio genealogiæ 12 patri, archarum necessaria erat propter omnem posteritatem, ut singuli scirent à quo patre, et ex qua matre essent nati, item quod uere essent omnes unius patris filij.

II.

Prior locus continuuit benedictionē Iacob in prole, posterior hic locus de scribit benedict. Iacob in possessiōib.

Secundus locus huius capititis est de 10 nouo seruitio, nouaq; mercede Iacob de quibus contractū facit cum Labā. Atq; hic apparet mea simplicitas Iacob, meraq; uersutia & improbitas La ban. Et quod synceritas Iacob uincat improbitatem Laban, Dominusq; au ger mercedem ampla benedictione Iacob.

Euoluto tempore seruitutis, nempe 11
14 an/

14 annis, suæ ætatis 91. pro ambabus
uxoribus suis, aspirat ad suam liberta-
tem, cupitq; dimitti, ut ex officio boni
patris familias, prospiciat suæ familiz
de uictu.

12 Laban autem cernens eius seruitu-
tis fœlicitatem propter suum commo-
dum solicitat eum de lōgiore seruitio,
& hinc patescit mera improbitas La-
ban, uidet simplicitatem Iacob, quod
se ultiro ad seruitutem obligauit, pro-
filiabus, quas utiq; ex more gratis cū
dote daret, nam gener suus Isahac so-
norem suam Rebeccam ex illa familia
non per seruitutem duxit, sed libere ac-
cepit. Hæc omnia tacet Laban, & pu-
tat Iacob hæc facere ex simplicitate et
ignorantia, fruiturq; ita longius hac
synceritate. Obserua quanta sint com-
moda unius fidelis serui, aut ministri
in quolibet officio.

13 Iacob autem non est adeo stupidus,
sed quod se ultiro ad seruiendum obtu-
lit

lit pro uxore accipiēda, id facit ex ius-
su parentum, qui consulebant ut inde
acciperet uxorem. Iam autem ipse est
solus, extorris, nudus, & sine diutījs,
quas ex sua parte adferret. Vult iure
agere, & uxorem iure ducere, ne quid
postea suggillaret de eius paupertas
& nuditate.

In his quatuordecim annis fidelissi ¹⁴
me seruit & pascit oves, non agit suū
commodum sub hac seruitute. Docet
seruos fidelitatē, & omnes in quoq[ue]is
officio constitutos ne sua curent, &
officium negligent.

Dehinc in sequentibus annis ab in-
tegro paciscit de mercede æquissimè,
& constituit omnia in benignam uo-
luntatem & benedictionem Dei, quic
quid ibi Dominus dederit se uelle ac-
cipere.

Laban prompte accipit hanc condi- ¹⁵
tionem pacis, certus de natura quod
animalia sui similis coloris feetus pa-
rerent.

terēt. Et ita occulte in animo sibi gaudet de sua prosperitate, & ridet Iacob simplicitatem. Huiusmodi Lobben licet uel hodie reperiri q̄ ministros auctōnomico negotio finant, usq; laborare utilissimo precio, & ridēt interim ipso rum simplicitatem.

17 Pactum mercedis breuiter ita se habet. Iacob iubet segregari maculosas, & nigras oues ab albis, das alij filijs Laban, sibi autem tantū dari pascendas albas oues. Iam porrò quicquid maculosi uelleris ex ipsis albis ouibus nasceretur ea esset merces Iacob. Pactum placet Labā certus de natura quod sui simile produceret, q̄ albæ oues ab albīs nascerentur, & sic Iacob rursum frustra seruiret, ipseq; Laban ita ditesceret. Ita abutitur simplicitate(ut putat) Iacob dicit. Nō bene consulis tuis rebus Iacob, video tu am simplicitatem pariter & fidelitatem pacis.

paciscemur æquius, &c. Sed si nít stul-
tescere. Iacob autem non est adeò stul-
lus sed est in Domino sapiētior quām
Laban, respicit per fidem in Domini
benedictionem, & quod Dominus fi-
delem laborem solet remunerare, &
benedicere. Ideo inquit: Respondebit
pro me iustitia mea. Hoc est Dominus
ipsa benedictione erit testis meæ fide-
litatis et laboris. Si fideliter seruio Do-
minus dabit mercedem. Sin minus Do-
minus retrahet mercedem. Ea est con-
suetudo Domini in omnibus negotijs
& officijs. Secundum pactum segregā-
tur maculosæ & nigræ ab albis trū die
rum itinere ne coirent, Iacob pascit al-
bas oves, filij Laban uaricolores. Ia-
cob autem arte adiuuat naturā, & pri-
mum maculosos baculos ponit in ca-
nalem super quibus inter inaquandū
conciperet, Dominus annuit suis stu-
dijs, pariunt maculosos foetus. Dein-
de maculosas oves segregat ut suas. et
facit

facit precedere albas, ut ad conspectus
earum rursum conciperent & parerent
maculosas, De his Laban molestus es-
se non potest, quia Deus & natura huc
faciunt artis medio. Tertio autem alia
utitur arte, rursum ponit uaricolores
baculos in canales tēpote ueris, quā
do robustiores & saniiores oves coe-
unt, ut sibi peior fœtura cederet. Inau-
tumno autem quum imbecilliores col-
rent, non posuit ut ipsæ cederent La-
ban. Hac arte utitur per sex annos &
ualde augetur gregibus ita Dominus
ipse reddit mercedē fidelis seruo. Mu-
ta sunt quæ non sunt de natura sed ex
arte, ut insertio surculorum uarij ges-
neris in unam arborum. Item Mula nō
est de rerum natura sed ex arte, &c. et
est humanum inuentum per asinum et
equum.

18 Quæritur an Iacob iure egerit per
hanc artē, nā non est eius mētio facta
nec approbata ab utrisq; in pacto. Et si

si sciuisset Laban nō cōcessisset. Estq; ergo species furti h̄ec ars Iacob? Rel. Iacob pertentat artem, Dominus per effectū approbat, ut postea angelus testat se hoc uidisse et adfuisse. Ars ni hil fecisset nisi audiuiisset Dominus. Ergo Dominus hoc facit non Iacob. Et quia Iacob satis meruit haric mercedem quam Laban non erat daturus, id sciuuit Iacob, ideo, inquit, in pacto, q; responderet sibi iustitia sua, supra naturam, ex singulari Dei benedictione, Huiusmodi furtum quoq; fuit filiorū Israēl in Aegypro, Exod. 12. ex iussu Dei, nam filii Israēl erant huiusmodi mercedem dutissimo suo labore satis meriti. Est ergo potius appellāda prouidentia quam furtum.

Laban repr̄sentat omnes impios. 19
 Laban defecerat ad impietatem, nam est idololattra, ita quoq; defecit ad ini-
 quitatē. Nihil respicit quod Iacob est
 sororis suæ filius, quod duxerat suas
 K k filias;

filias, quod ex ipsis iam habet multos filios, amplam familiam, quod seruit sibi fidelissime & felicissime. Iam si fuisset pius, honestus, & equus uir, cōsuluisset rebus sui nepotis, generi, & fidelissimi felicissimiq; serui. Indignus qui dicatur Labā, albus aut candidus, sed uerissime sordidus Lobbe.

20 Ecce labores tam sancti patriarche, in tam grandi aetate, iam natus 91 annos habet uxores & filios, & ad huc seruit, adeo & interdiu pascit oves, p/ nox agit earum excubias, quemadmo dum ipse proxime fatebitur. Nos post unum atq; alterum annum, procuramus nobis ut in otia tuta recedamus.

21 Obserua genus uitæ & rationē que redi uictum, & possessiones apud sanctos, & pios homines, non per fraudes, propolia, & alias malas artes, sed per honestum labore agriculturæ aut pecuariz.

EX CAPITE XXXI.

IRes principales locos habet ¹
hoc cap. 1. De profectione Ia-
cob, 2. De infecutione Laban,
& de expostulatione utrorūq; 3. De
confoederatione amborum.

I.

Primus locus alios tres locos con- ²
tinet, 1. Triplicē occasiōne perfectio-
nis, 2. Consiliū Jacob cum uxoribus,
3. Oportunitatē profectionis.

Proficisciendi occasiones seu cau- ³
sas tres honestas & motorias habuit
Jacob. Prima, quod inuidiose sugillat
& traducunt filij Laban ipsum Jacob,
de clancularia subtractione bonorum
Laban ad se, unde tandem similitas, dis-
lidium, tumultus, & tandem uiolenta
rapina fieret, eorum que habuit Jacob
ad Laban.

Secunda quod uidet etiā ipsum La- ⁴
ban ex ipsa filiorū suggillatione per
motum esse, & iam esse auerso, turbi-
do,

Kk 2

do, & amaro animo aduersum ipsum.
Vnde Iacob ex animo dolet de ipsa p-
fidia, ingratitudine, et timet ne sibi sua
ui diripiatur a domesticis, unde etiam
aliquoties noctu insomnis iacuit tri-
stis, ac cogitauit de his malis euitatis,
aut auertendis per aufugium, aut alia
ratione.

His accedit tertia & firmissima cau-
sa, Dñs non destituit suos in angu-
stia, sed ita solicitum & cogitatudini
per insomnia, cōsolatur & alloquitur
noctu Iacob, & admonet de profectio-
ne, & promittit liberum conductum,
präsentiam, & defensionē suam. His
tribus causis permotus Iacob, rem cō-
silio tentat, & primū suas uxores con-
sultas habet, earum animum persuadē-
do perinouet, ut consentiant de profe-
ctione. Post earum consensum, captat
oportunitatem abeundi ne oriatur tu-
multus, ne retineatur, aut ne depræde-
tur ipsum Laban. Sed priusquam ad
conclu-

consilium Jacob ueniamus, uideamus
circumstantias Laban & Jacob, quos
ut q̄ representent.

Laban cum suis filiis bene patiūtur **6**
ut Jacob usq; laboret & pascat, ipsiç
dicentur per ipsum, ipseq; parū aut ni-
bil mercedis recipiat, sed sit cum suis
uxoribus & filiis quasi perpetuis ser-
uis. Et postquam uident ipsius merce-
dem fortunare & augere Dominū, in-
uident ipsi & subinde permuntant, stu-
dent q̄ per inuidiam impedire benedi-
ctionem Domini, crebra ipsa mutatio-
ne mercedis, sed frustra.

Jacob rursum fidelissime seruit, & **7**
est contentus sua mercede, & benedi-
ctione Domini. Adeo & ipse Do-
minus, qui est omnium iustissimus, nō
permittit ut infidelitas, inuidentia,
et defraudatio Laban, ipsi bene cedat.
Item non permittit ut fidelitas Jacob
sit sine remuneratione.

Huiusmodi Laban, imo Lobben, **8**

Kk 3 Labanos,

Labanos , aut Lappen , licet & ho-
die & semper reperire in œconomia,
pedagogia, politia, & maximè in Ec-
clesia, qui libenter ferunt ut habeant
fideles & diligentes ministros, per q̄s
res ipsorum bene & feliciter admini-
stratur, & ut sint perpetui & nudis ser-
ui. De condigna mercede autē soluen-
da se: per sunt negligentiores, durio-
res , imò si quando Dominus præter
ipsorum uoluntatem per benedictio-
nem ipsis ministris soluit mercedē , id
placide ferre non possunt , imò inui-
dēt & dolent, et de suo accessu sig-
gillant & traducunt , ac tandem dimi-
nuere mercedem , & penitus ad se ut
sua, & ab ipsis profecta, rapere quacū
que occasione uolunt.

¶ Representat ergo Laban propriissi-
me impios magistratus, Dominos &
patres familias. Jacob refert quēuis pi-
um & fidelem ministrum in quolibet
officio constitutum.

Imò

Imo Laban refert totum mundum,¹⁰
ipsum impiorum colluuiē. Jacob autē
repräsentat Christum, qui seruit suo
euangelio & salute toti mundo. Mun-
dus contra libenter percipit Domini
benedictionem & beneficentiam per
Christum, & suum euangelium exhi-
bitam. Sed hanc beneficentiam sua li-
beralitate & gratitudine nemo agno-
scit, nemo confert quicquād ad sacrū
ministerium euangeliū conseruādum,
sed quisq; pro se rapit etiam ipsa quæ
sunt Ecclesiæ comparcunt, cōmutant,
aut per tenacitatem nihil contribuūt.
Laban familia præfente Jacob est for-
ma totius mūdi, in quo Labanitę, hoc
est impij, iniuria, fraude, odio, &c. im-
peritāt Iacobitis, id est, pijs & fidelib.
Pj quoq; sunt omnino serui sed cū be-
nedictione Domini, & quod omnium
miserrimū est, Iacob tot annos solus
uersat̄ inter idololatras, sine uera reli-
gione, uocali uerbo. Nam Laban ad i-

doloſatriam defecerat. Ex Lobbantiaſ
familia ſunt etiam hi, qui inuidet alijs
ſpiritualium & corporalium donorū
auctionem, ac ſtudent quoquo modo
impedire.

- 12 Ecce prudentiam Iacob. Vocat am
bas uxores ad ſe in agrū ut ſolus cūſo
lis, de hac re deliberet & cōſultet. Et
primum orditur à malis uotis ex uul
tu patris collectis. Deinde protestat
de fidelillima ſua ſeruitute. Postea de
perfidia & fraude patris per crebram
immutationem mercedis, De hinc de
benedictione Domini, quod Do
minus, etiam Laban inuito, ipſi bene
dixerit, ſuamq; artem de uaricolorib.
ouibus Domini fortunalle & appro
basse ut media benedictionis. Postre
mo recitat mandatum Domini ipſum
in patriam reuocantis, quod eſt totius
consiliij propositio, nempe, Dominus
reuocat me in patriam, quæ eſt uoſtra
ſententia, uultis mecum proficiſci nec
nec

Sed hanc propositionem prægrauat iniuria patris, ut tanto facilius, & citius consentiant.

Rachel in respondēdo preponitur 13
Lee, quod Rachel erat primaria mater
familias pro qua seruierat, quam pri-
mum expetiuerat. Lea autem casu fa-
cta est uxor.

Vxores Iacob statim consentiūt ei 14
iust sententia, & simul & preferunt in-
iuriam paternam, non tantum in mari-
tum, sed in se ipsas quoq;. Quod eas
non ut liberas filias elocauit cum do-
te sed ut seruas, pro seruitio mariti la-
boris uendiderit indotatas, duplicit̄ in-
iuria adfecerit, dotem non dedit, insu-
per & contra morē marito uititur, pro
seruo gratis, simulq; ipsas per totum
idēt̄pus, quasi seruas habuit, & quic-
quid pariter maritus, uxores, famulæ
& filii promeruerant. aut fecerant, id
totum in ipsius cessisse commodum.
Ideoq; agnoscunt hanc Domini be-

Kk s benedictio.

nedictionē, quasi iure sibi cessisse. Ac tandem consentiunt ad profecitionē.

15 Postquām uxorum consensum habet de profecitione iam nihil porrō re liquū meditato opus est, quām capta re commodam occasionē sine tumulu abeundi. Ea commode offertur, dū Laban proficiscitur trium dierū iter, ad tondendas oues, nam tam lōge abegerat oues, quas ante sexennium in contractu seiunxerat, superiore capite.

16 Inter abeundum furatur Rachel idola patris, ut aut eum ab idolatria auerteret, aut ut compensaret pr̄miū suum, ut filiæ Israël in Aegypto uasa argentea commodato acceperant, & spoliabant Aegyptum.

17 Iacob uerbo Dei cōfirmatus, & cōfisus de profecitione tam longum iter cum tota familia, eaçp maxima parte tenera ingreditur, certus tamen quod insecurus erat Laban, quamuis de suo

suo nihil acceperat.

Furari cor , hebræa phrasis est pro 18
fallaciam alicuius eludere, & subterfu-
gere, Nam Laban certo statuit , bona
Jacob ad se rapere ut sua & à suis con-
quæsita, neç se hoc proposito frustra-
ti, nam Jacob extorris fuit, solus fuit,
ipse tot habuit filios & amicos . Illud
propositū elusit Jacob, dum data op-
portunitate clam abiit.

I I.

Secundus locus recitat insecurionē 19
Laban, & expostulationem utrorūq;. Verisimile est Mesopotamiā & Cha-
nan non tam procul fuisse à Palestina
quemadmodum in Ptolemæo ponit.
Nam Jacob cum tanta familia tenera,
& gregibus, septem diebus ex Haran
proficiscitur usq; Gilead qui mōs, pri-
mus limes est terræ Chanaan, nisi ue-
lis quoq; addere sex illos dies, quibus
Laban rescivit, domum rediit, & inse-
cucus est, nam trium dierū spatio abie-
rat

rat ad tōdendas oues , ita ut quod iter
Iacob 13 diebus protectus fuerat. La-
ban 7 dierum spatio insequendo per-
strinxerat.

20 Ecce curam Domini pro suis prius,
quam Labā occupet & obruat Iacob,
Dominus nocte prohibet ipsum , ne
quid dure loquatur cum Iacob , taceo
ut uim faciat. Ibi præstat Dominus q̄
promiserat , nempe secum fore et se de-
fensurum esse eum. Ea debēt in nobis
fiduciam ad Dei tutelam , aduersus no-
stros hostes augere & confirmare. I-
dem loquitur Dominus in 10 præce-
ptis in secunda tabula , pro nobis ad-
uersus omnes hostes nostros , scilicet ,
Non occides.

21 Laban obiurgat & accusat Iacob
ab in honesto contra officium quod
clam aufugerat , filiasq; suas raptim a-
uexerat , quasi raptas in bello , singitq;
suum officium de deductione , & addit
minas de sua vindicta , nisi ipsum præ-
monuis-

monuissest & prohibuisset Dominus,
postremo accusat eum furti. Ita impij
suam ipsorum impietatem perdunt,
per furtum idolorum indicat se esse i-
dololatrā, & desciuissē à uera religio-
ne patrum.

Iacob respondet, expurgat & de- 22
fendit se, quare clam abierat, nēpe ne
abriperet filias quas dederat uxores,
De furto autem, nescius, pronunciat
iudicij sententiam quæ fortasse postea
executa est cum moreretur Rachel
in partu, & iubet perscrutari totam fa-
miliam, quod cum facit Laban, nihilq;
inuenit, (nam Rachel patrem elusit)
Iacob excandescit & expostulat cum
Laban, enarrat fidelissimam suam ser-
uitū, & exprobrat Labano iniuriā,
tenacitatem & duritiem, magnificeq;
prædicat Domini tutelam. Etiam san-
cti irascuntur sed iuste cum defendunt
suam innocētiam. Ecce per tot annos
Iacob uersatur in idololatrica familia,
nec

nec permouetur tamen.

I I I.

- 23** Tertius locus sequitur de Cōfōderatione. Laban pudefactus in simulatione furti & frustratus in dequistione, & conuictus expostulationem Jacob, item cōmonefactus à Domino, obfert conditiones pacis, & inquit indignum & indecorum esse, ut cum Jacob socero litiget, eīcūm inferat, nā non esset aliud, quām cum suis deditis simis amicis bella gerere.
- 24** Fōderis forma erat congestio lapis in aceruū, & super eo comedio, tandem & nomen aceruo datum ad eternam memoriam, postremo ipsa uera iuramenti. Fōedus inter Deum & nos de remiſſo peccato & imputacione iustitiae, est Baptismus, quo ab utraque parte admonemur fōederis, super quo etiam comedimus ut bibimus corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, in signūm perpetuę

petuae amicitiae. Fœdus oportet utrinque seruari.

Pastoris officia propriissime in Isa²⁵
cō possunt considerari, et mystice re
fert uerum & summum illum pastore
Dominum nostrum Iesum Christū,
unde & alibi passim Iesa. 40. Iere. 23.
Ezech. 34. Psalm. 23. Luc. 15. Ioan. 10.
I. Pet. 2.

Vt tentacio alia altam trudit, ita²⁶
consolatio alia aliam sequitur. Jacob
solutus à Laban, profecturus ad pa-
trem, occurrit ei mons Seir, ubi habi-
bat Esau, à quo sibi uehementissime
timet, sed hunc timorem exuunt ange-
li, magna turma apparētes, ut strenui
milites ipsum defensuri. Ideoç̄ locum
illum appellat Mahanaim duali nu-
mero, quod dux erant turmæ, sua, &
angelorum.

EX CAPITE XXXII.

Nus est huius capitinis præcipuus locus, nempe de apparatu Iacob ad occursum Esau, quo modo eius benevolentiam capitat ut cum gratia per eius terram proficiscatur, roget liberum & saluum conductum. Esau autem ex magna benevolentia & fraterno gaudio uenit in occursum excepturus & deducturus ipsum 400 uiris. Hinc extimescit Iacob, nescit quo animo ueniat, an fortasse euomiturus sit adhuc inuerteratum odiū, de prepta benedictione. Paratus igitur amitare & uincere muneribus, & solicite ad Deum precatur, & admonet ipsum suis promissis, in qua preicatione ita rapitur, ut cum angelo luctetur, & uincat tandem.

Hoc eius animū percavit, & in attibiguum rapit, quod Esau, 400 uiris ueniat ipsi in occursum, nescit an amico an hostili animo ueniat.

Ecce

APPHORIS. IN GEN. 519

Ecce fragilitatem Iacob, timet sibi
ab homine, qui habet Deum & om-
nes angelos defensores, & comites.

Hic metus diffidentiae pars est, nam 4
q̄ metuit ab homine diffidit Deo. Ne-
mo tamen debet cōscere in periculū,
Quod caueri potest, stultū est admit-
tere.

Hæc fragilitas nobis est cōsolatio/
ni, ut discamus nostram constantiam
non esse virium nostrarum, sed esse do-
num Dei, eamq; Deus aliquando sur-
ripere, ut indicamus nostram imbecil-
itatem, ne putemus ex nobis esse, &
alios præ nobis contemnamus.

Apparet & uerisimile est Esau pla-
ne amico & fraterno animo uenisse,
cum tanto equitatu excepturus fratre
suum, tam longo temporis spatio ex-
torremi.

Aut ut ostendat suum contemptum 7
erga Dei benedictionem, quam præri-
puit Iacob, quod illa præceptio nihil

L. I. momen/

momenti habeat, sed quod ex ipsa demonstratione sibi benedictio etiam iurare cesserit. Ea omnium impiorum in doles est, dummodo habeant huius uitæ splendorem & corporales benedictiones, de spiritualibus benedictionibus nihil sunt solliciti.

8 Eadem est omnium piorum conditio in hoc mundo inter impios, quod semper sibitimeant ab ipsorum oppressione & iniuria, propter praereptam spiritualem benedictionem. Ideo oportet eos suffidere, eorum furorem benevolentia & muneribus placare.

9 Lucta illa Iacob cum angelo pariter fuit corporalis & spiritualis. Iacob enim in summa angustia & agonia spiritus constitutus, solus seorsum confugit ad orationem. Inter orandum uenit angelus humana forma & colluctabatur, & ut luctatus est cum Deo in oratione de sua promissione, & iam imminentे periculo, ita & que strenue cor-

corporaliter luctatur cum angelo.

Luctam illam fidei in oratione certū est hanc fuisse, nempe ab hac parte est Deus, iubens proficisci in patrium solum, addens promissionē benedictionis, & beneficētiæ. Ab altera parte est metus ab Esau qui iam olim minabat mortem, & iam occurrit cum 400 uiris. Ibi horror certæ mortis occupat. Inter hæc utraç⁹ cōstitutus est Iacob, & athletice luctatur fide, admonens Dominū suæ promissionis. Retrocedere in Mesopotamiam non licuit, quia Dominus iussit exire, progrederi tē in periculo mortis suæ & suorum est, quia Esau occurrit abiuratus hostis. Tandem fidelis Dominus qui non sinit suos tētari supra quām sufferre possunt, mittit angelum, qui quidem prīmū luctatur ut hostis, sed tandem constatia superatus, consolatur ipsum, & bene dicit ei.

Iacob hoc loco & Iulta præfigurat
Ll 2 uit

uit Christum, qui similē, & multo du-
riorem luctam luctatus est in horto,
ingruente passione, nam ab hac parte
stetit uoluntas Dei, salus totius mundi
ab altera parte ingruit horrēda mors,
ira & graue iudiciū Dei de peccato, in
super captatum veniunt abiuratiissimi
hostes, inter haec duo cōstitutus Chri-
stus orat & luctatur, ita ut sudor san-
guineus erupit, tandem angelus con-
solabundus, & confortans appet. I.
tem applica huc quoq; illam tentatio-
nem, quam sustinuit à Satana in deser-
to, qua superata accedunt angeli mi-
nistri, Matt. 4.

12 Huiusmodi luctam oportet omnes
Christianos sustinere & eluctari, Ia-
cob, & Christum imitari, dum ex Me-
sopotamia in terram promissam, hoc
est dum ex hoc mundo & hac uita trā-
simus in patriam cœlestem, corporali-
ter in cruce, spiritualiter in agonia fi-
dei in hora mortis, quando Dominus
nos

Dominus nos reuocat & emigrari iubet, ibi retrocedere, & redire in hanc uitam non licet, progreedi autem in periculo uitæ est, mors occurrit, peccata nostra perterrefaciunt, inter hæc duo nos medijs constituti, luctamur fide in Christum, & promissionem gratiæ, remissionis peccatorum, & uitæ æternæ per Christum Deo opponimus et uincimus, adeò et Deum ipsum. Tādem uenit angelus, minister uerbi, primum luctatur, & prædicat pœnitentiam, postea consolatur & benedicit nobis, ac cipit nōs nōmen nouium, noui homines & Israélitæ luctatores, & superatores Dei, non secundum essentiā sed secundum tentationem.

Post illam benedictionem persentit non hostilem hanc pugnam nechostem fuisse sed Dei angelum, & Deum ipsum, illud est uidere faciem Dei, & bonam uoluntatem Dei, in nostris temptationibus, cruce & morte.

L 1 3

Et

14 Et quod inquit post hanc luctam solem sibi exortū esse, significat post huiusmodi tentationes, tribulationes, & mortem corporalem exoriri aeternam Dei consolationem, in uita eterna, ita quoque Christus postquam à morte surrexit exortus est sol, uita noua, gloriosa, & aeterna.

15 Quod autem Jacob defectum corporis sentit, & claudicat, significat corpus peccati destruendum esse. Prisusquam ueniamus in terram promissam, uitam aeternam. Item multis temptationibus, tribulationibus & cruce corpus debilitari. Ita quoque Christi corpus et tota humanitas destruta et contrita est in morte.

16 Similem luctam quoq; luctata est cum Christo mulier illa Cananæa Syrophænissa, cuius filia erat dæmonio obsessa, ad cuius preces Dominus Christus primū nihil omnino respondebat, adeo & apostolis intercedentibus

bus noluit exaudire usq; dū ipsamet
coram accessit, & suis ipsum argumē-
tis uicit. Ad cuius fidei constantiam
Christus ipse exclamabat & exaudi-
tā dimisit. Eiusmodi Lucta fuit Mosi
ad Mare rubrū, Dauidis in fuga à Sau-
le.

Eandem luctam sustinuerunt om-¹⁷
nes martyres, & adhuc sustinent om-
nes professores Euangeliū, qui cum Ia-
cob ex Mesopotamia, ex infidelita-
te, gentilismo, et iudaismo egressi, per-
gut ad terram promissam, ad euange-
liū & Christi confessionem. Ibi retro-
redere ad impietatem & Christum ne-
gare non licet. A fronte autem stant
tyranni & persecutores minantes cer-
tissimam & atrocissimam mortem. In
de eluctari & pergere est athletica i-
mō diuina constantia, ibi quidem de-
struitur corpus peccati, sed postea ex-
ortitur sol diuine & aternæ consolatio-
nis.

18 Summa, oportet cum Deo luctari
& ipsum euincere qui uult cum Iacob
terram promissam ingredi.

19 Firma fides in Christum luctatur,
& uincit iram Dei de peccato. Cofes-
sio Christi luctatur, & uincit homines
& mundum. Corde creditur ad iusti-
tiam, ore autem confessio fit ad salu-
tem.

20 Inter luctandum alter alterū firmissi-
me corripit. Ita ira Dei corripit homi-
nē. Fides rursum corripit Deum per
suas promissiones in Christo factas.

EX C A P I T E X X X I I I .

1  Oc capite describitur quomo-
do Iacob occurrit Esau, & in-
uicem se excipiunt, pacificeq;
discedunt.

2 Postquam uidit Iacob aduentare
Esau cum 400 uiris, magno certe exer-
citu, & comitatu, adornat suos, & in-
struit aciem non ad pugnam, sed ad sa-
lutationem, & res foret in periculo ut
dig-

digniores personæ essent tutiores, &
promptiores ad aufugium. Ipse autem
ut bonus pater familias & princeps
sui exercitus in acie constitutus præxit,
se se primū pro suis exposituris picu-
lo, non est post principia & sibi cauet
loco, sed prægit ut fidelis pastor suis ox-
uibus, Ioan. 10. Ut hic Iacob ad occur-
sum Esau se præparat, ita & nos debe-
mus ad mortis aduentum præparare.

Postquam luctatus est cum Dominu-
no de hoc negotio & uicit, iam cum
res ad experientiam propinquat, bene
confisus de Domino in hoc negotio
constanti animo accedit, & præxit. Do-
minus rursum ab altera parte ita miti-
gat animū Esau, ut non nisi pacifice
ueniat. Ita Dominus etiam durissimos
hostes nostros potest flectere, ut non
nisi pacifice loquantur.

Similime, postquam duram illam lu-
cram in agonia cū Deo & ira eius de
peccato per fidem in Christum euici-

mus, mors ipsa à qua tā anxie perhor-
ruimus non nisi amica uenit & excipit
nos, nostram uitiatam naturam refor-
matura, ut recta pergamus in terram
promissam.

¶ Jacob septies procumbit in genua
ante aduentem Esau, cum tamē ip-
si sit secundum benedictionē promis-
si seminis longe superior. Docet per
hēc nos pios, quomodo nos geramus
aduersus magistratum etiam impium,
debemus agnoscere nostros Domini-
nos, & debitum honorem ei deferre,
Rom. 13. ut tali obsequio illesi ad terrā
promissam pergamus. Vbi autem ty-
ranni hostiliter nos corripuerint, &
uoluerint in confessionem fidei extor-
quere, ibi nulla ratione concedere de-
bemus, ut tres illi uiri in Babylone cō-
tra Nebugcadnezar steterunt, & quē
admodum omnes martyres restiterūt
tyrannis.

• Decentius et rectius fuisset ut Esau
ad

ad Jacob procubuisse, quia habet benedictionem promissi seminis, & est proatus Christi. Iam autem tantus & tam sanctus vir ad genua procumbit ad impium Esau. Eadem ratio piorum ad impios est. Impi in hoc mundo superiores sunt, prius autem inferiores. Sed ut nunc in Ecclesia, ita tunc in futura vita erit rerum uicissitudo. Prior pacis causabenter se submittunt impiis in exercitum negotiis, sed si Esau uoluisset benedictionem & primogenituram a Jacob repetere, id nunquam concessisset, ea fuit lucta cum angelo.

Jacob non potest cum Esau profici, nam habet pueros, & tenerum regnum. Esau autem eques est cum suis. Jacob refert uerum & bonum principem & pastorem, qui suorum subditorum rationem habet, & ad ipsorum imbecillitatem potest se attenerare, quemadmodum ad Heb. 4. inquit. Pontificem habemus qui possit compatinistris

stris infirmitatib. Esau autem refert ty
rannos qui sua uoluntate et animi libi
bidine pergunt. Item p̄ij non possunt
nec debētiugum ferre cum impijs. Pijs
sunt māsueto spiritu, impij sunt ferue
ti & præcipitati affectu imbuti. Item
Esau figurat legem quæ requirit per
fectos. Iacob refert Christum qui te
neram familiam, & imbecillum ducit
gregem, ip̄ius imbecillitati compati
ens & se attemperans.

8 Iacob eludit fratrem Esau, & nō se
quitur ipsum in Seir, ut Christus com
missit se homini sciens quid esset in ho
mine, Ioann. 2. Satis est pijs ut cūm im
piorum pace hanc terram & uitā tran
sigant, non cōmunicant cum eis, Psal
mo, 1400. Nō communicabo cum ele
ctis eorum. Et Psal. 26 non habitaui
cum uiris uanis.

9 Proficiscitur in Succoth qui locus
postea hanc appellationem accepit à
tentorijs, quod ibi tentoria fixit & ali
quandiu

quandiu mansit, usq; dum refectis uīrl
bus comode transiret lordanem. No-
mina locis data sunt ad perpetuā me-
moriā posteris, ubi patres ipsorū pe-
regrinati sunt.

Salem illa ciuitas seu uicus est trans 10
lordanē in terra Sichem, iuxta lorda-
nem non procul ab Emon ubi Iohan-
nes baptizabat, Ioan. 3. Non illa Salē
ubi habitabat Melchizedec quā po-
stea appellata est Ierusalem.

Erigere altare & inuocare nomen 11
Dñi est instituere ueram religionem,
pradicare uocale uerbū Domini, pro-
missiōes de Christo, de possidēda ter-
ra, confirmare animum patientia et cō-
stantia in hac peregrinatione.

Ecce tantus patriarcha cum tot u/ 12
xoribus & liberis, tantaq; familia in-
certis oberrat sedib. & nos omnia uo-
lumus habere certa & parata.

EX CAPITE XXXIIII.

- T**erribilis, & stupenda historia
hoc capite describitur de otij
consequentijs, & de malo com-
mertijs damno. Horrendum illud ho-
micidium primum causatū est ex Di-
næ otio & iustificatione, ubi Sichē eius
pulchritudine, & amore captus stu-
pravit eam.
2. Et quamuis horrenda est historia,
specimen tamen est futuri excidijs toti-
us terræ post longa tempora, per fili-
os Iacob.
3. Dina suo malo docet pueras, & mu-
lieres domi manere, familiam curare,
pudicitiam custodire, testudinem imi-
tari, non uagari, & perlustrare omnes
plateas. Docet quoq; parentes né det-
filijs & filiabus libertatem otiandi, &
peruagandi.
4. Docet quoq; timorem Domini pa-
riter parentes & filios, ut quamvis pa-
rentes piissime & honestissime institu-
ant

ant filios filijq; reuerenter obsequuntur. Ut tunc fieri aliquando posse ut frustrentur proposito, & cadant horrende. Harum rerū oportet hunc tam sanctum patriarchā, cum sua familia, to*ti Ecclesias esse exemplum.*

Ita quisq; pius debet semper in timore Domini uersari, nec putare, quod sit absq; periculo quantumuis fuerit pius, honestus, & iustus, nisi ipsum servet Dominus. Eius rei nobis exemplū exhibit sanctus ille proauus Christi David, qui horrendissime cecidit in adulterium, & homicidium. Item sanctus ille Phariseus Paulus, factus est persecutor Christi & suorum.

Ad huiusmodi lapsus nemo debet estimare sanctiorem, constantiore, & stabiliorem, quin timeat Dominū, & roget pro perseverantia. Nam qui perseverauerit usq; in finē, hic saluus erit. Et qui stat, uideat ne cadat. Iustitia iusti nō liberabit eum, si relapsus à iustitia.

iustitia peccauerit, Ezech. 33. Memine
rit horrendi illius lapsus primorū pa-
rentum nostrorum, dum adhuc fuerūt
in statu perfectionis. Quanto citius
nos labemur iam debilitati & imperfe-
cti.

7 Quærat quisquā, quare Dominus
permiserit tam sublimes & sanctos ui-
ros tam horrende cadere; Paulus sol-
uit quæstionem ad Tim. 1. cap. 1. Ideo
misericordiam consecutus sum, ut in
me primum ostenderet Christus Iesus
omnem patientiam, ad informationē
eorum qui credituri sunt illi, in uitam
æternam. Et quæcunq; scripta sunt ad
nostram doctrinā scripta sunt, ut per
consolationem & patientiam scriptu-
rarum spem habeamus. Dominus per-
mittit etiam magnos sanctos profun-
de cadere, & recipit ad gratiam, ut &
nos lapsi erigatur fide ad Dei miseri-
cordiā, ne desperemus præ magnitu-
dine peccatorū. Item ut ne cōfidamus
nostrā

nostræ sanctitati, iustitiæ & constan-
tiæ, sed Dei misericordiæ, cum fiducia
& timore.

Quamuis hic Simeon & Leui gra- 9
uiter peccant in occisione tot homi-
num, ita ut etiam pater iam moriturus
postea improbat ipsorum nefas & præ-
terit eos, nec uult dare benedictionē
promissi seminis ex ipsis nascendi. Ni-
hilo minus tamen manent sancti, &
magni patres multæ posteritatís. Nā
gentes Cananitæ iam erant morti, &
iræ Dei destinatæ propter impietatē
exterminandæ, cuius excidij hic agunt
specimen quod imitarentur post lōga
tempora posteri. Item exprimitur hic
ardentissimus zelus cōtra scelera, qui
nullam admittit excusationem, & pro
missionem.

Postq; pater ipsorum improbat, et 9
damnat factum uiolati fœderis. Qua-
te ergo non sumit ab eis supplicium.
Resp. Quamuis est suæ familiæ magi-
stratus,

stratus, non tamen habet ius gladij in
eos, nec habet singulare præceptum
Domini, de sumendis pœnis ab eis, et
quod erat sancta & benedicta proges-
nies, cuius semen multiplicaretur. Nō
tamen carent suis pœnis, nec auferūt
inultum, nam denegat illis benedictio-
nem promissi seminis ex ipsis nascen-
di, & quod essent dispergendi in exte-
ras tribus, Genes. 49. Item postquam
sunt numero plures, omnesque fratres
ipsis astipulantur, ipseque est impar uiri-
bus, ideo relinquit eos iudicio Domini,
ut David ipsum Iobab homicidam
Amasæ & Abner.

10 Illud quoque maxime obseruandum
est, quod Dominus nullum scelus re-
linquit inultum, aut per legitimū ma-
gistratum, aut per contingentias, aut
per bonos aut malos. Timeamus ergo
Dominum & abstineamus à pec-
cato maxime uoluntario. Secundum
personam est peccatum. Omne animi
vitium

vitium tāto conspectius in se crimen
habet, quanto maior qui peccat habe-
tur.

Et quod horribilis est, subditū hīc 11.
trucidantur propter peccata sui magi-
stratus. Quicquid delirant reges ple-
stuntur Achitii.

Postquam tota multitudo consum 12
mauit peccatum, peruenitq; ad fastigi-
um, & est natura ad poenas iudiciūq;
Domini, facile sit ut se dent motoriæ
cause. Sic fuit patris motoria causa ex-
cidij Trojanorum, sic David motoria
causa fuit pestis. Eadem quoq; est cau-
sa bellorum.

Dina refert Ecclesiam, quæ ab im-
pijs rapitur & prophanatur falsis tra-
ditionibus & idololatria, uindicatur
autem per suos fratres in maximo ze-
lo, & trucidatione per ueros concio-
natores. Sic Helias uindicauit Ecclesi-
am ab idololatria, trucidatis prophes-
tis Baal. Sic nostro tempore uindica-

tur Ecclesia ab hypocrisi per euangelium , trucidatis per gladium spiritus omnibus aduersarijs.

- 14 Pñ homines quanto sunt māsuetiores tanto maiore zelo exardescunt cōmoti. Ita Christus cum eiecit uendentes ex templo . Elias cum trucidauit prophetas Baal, Iehu, Pinehas, Moses, &c.

EX C A P I T E X X X V .

Diuersæ sunt huius capititis historiæ, ideoq; diuersi sunt eius loci. 1. De colloquio Domini cū Iacob ubi ipsum iubet proficisci in Be thel & ibi erigere altare. 2. De repurgatione Ecclesiæ ab idolis. 3. Quod timor Domini prohibuerit Cananæos inseq filios Iacob de excidio Sichemorū. 4. De funere Debora. 5. Decolloquio Dei cum Iacob, & innovatio ne promissionis & nominis. 6. De Be thel. 7. De extinctione Rachel in partu. 8. De redditu Iacob ad patrem suum

Isa

A P H O R I S. IN G E N. 539

Isahac. Breuiter absoluit uarias histo-
rias, ut ueniat ad historiam Ioseph.

Proculdubio Jacob hic constitutus
est in summa angustia de hoc homici-
dio filiorum, ne forte obrueret ipsum
Chananzi, & penitus extinguerent.
Hic haud dubie insomnes noctes du-
xit, & promissionem de multiplicada
conseruanda, & benedicenda sua pro
genie diligenterissime animo uoluit, Do-
minusq[ue] precatus est pro defensione,
& conseruatione, usq[ue] dum Dominus
ipsum iuferat proficiisci ad certum lo-
cum, & destinatum officium de erige-
do altari.

Jubet abiicere idola, unde conspicu-
um est, & ipsam ecclesiam non fuisse
ab omni parte synceram, quin adhuc
hacerant idolatriæ reliquiae ex Me-
sopotamia. Sed Jacob hic repurgat su-
am ecclesiam. Ita & nostris temporis
bus, Dominus repurgat suam Ecclesi-
am ab idolomania, & utinam de toto

Mm 3 Maho

Mahometismo & hypocrisi.

- 4 Singularis & maxime obseruādus
locus est, quod inquit timorem Domini
nī prohibuisse circumiacentes ciuita-
tes Cananæorum, nē insequeretur et
irruerent in Iacob propter homicidium.
Nisi idem timor Domini obstaret,
& impediret, etiam hodie irruerent in
nos aduersarij nostri, de extincta &
abrogata hypocrisi.
- 5 Priusquam erigas altare Domino,
abiiscienda sunt idola, ita priusquam
constituas uerum cultum Dei, repur-
ganda est ecclesia, à suis abusibus, ido-
lomania, & omnibus humanis tradis-
tionibus.
- 6 Erigere altare Domino, est consti-
tuere ueram religionem, quæ consistit
in prædicatione uocalis uerbi Dei, in
usu sacramentorum, inuocatione, lau-
de & gratiarum actione ueri Dei. Ita
circa nostrum altare, hoc est iuxta us-
sum sacramentorum maxime Eucha-
risticæ.

tistix debet tractari uerbum Euāgeliū
seu beneficij Christi.

Atq; illa erectio altaris uocatur Be-
thel, hoc est Domus Dei, etiā si nulla
fuerit cōstructio domus aut templi,
ueteres solebant prædicare, & sacrifici-
care sub dio.

Domus Dei uocat ille locus, illa q;
hominum congregatio, quod ibi Do-
minus per uocale uerbum habitat &
præsens est, non propter templi con-
structionem. Nam hic Iacob solū ere-
xerat lapidem pro altari, nullum con-
struxerat templum seu domum.

Interim moritur Debora nutrix Re-
becca, quam ipsa aut secum ex Meso-
potamia abduxerat, sup. 24. aut quæ
nutriuerat Iacob & Esau, quæ fortas-
se ibi habitabat. Ita periculorum & lu-
ctus plena sunt omnia piorum.

Sed rursum ualde cōsolatorium est 10
quod Dominus suos non destituit,
quin benigne alloquitur et cōsolatur,

Mm 4 reper-

repetit, innouat, & confirmat promis-
sa benedictionis uerba. Idem nobiscū
Dominus facit in his tantis miserijs,
et tribulationibus subinde repetit, &
inculcat nobis xternæ cōsolationis &
futuræ uitæ promissiones.

11 Post colloquium Domini erigit al-
tare, ad perpetuam eius promissionis
memoriam, & confirmationem, item
ad propagationem eius promissionis
per uocale uerbū ad posteros, & pro-
laude & gratiarum actione.

12 Quod fundit super altare libamina,
hoc est uinum & oleum, mysteriū est
prædicationis Euangeliū, quod ineibri-
at pios ne curent huius uitæ molestias
& fiant hilares spiritu ad futuram &
xternam felicitatem expectandam. In
super & oleum gratiæ Dei delinit &
mitigat nostras conscientias de auste-
ritate peccatorum.

13 Posthæc sequitur amarissimus lu-
ctus de miserrima morte charissimæ
uxor.

uxoris Rachel, ut discamus conditio-
nes, & uices piorum in hac uita.
Verbum semper habet crucem comis-
tem, crucem rursum mitigat uerbum.
Benon i, est filius doloris mei, Benia-
iamin est filius dexteræ. Hoc est filij
Ecclesiæ per crucem geniti sunt ueris-
simi eius filij. Dexteræ est significatio
gratiæ & felicitatis. Rachel in agro se
pulta est, adeo & ueteres solebât mor-
tuos suos extra ciuitatem sepelire, no-
stris vero temporibus plerique in locis
cimiteria in ciuitates translatæ sunt. Se-
pulchra autem ueteres ornabant pro-
pter resurrectionem.

Abyssus abyssum inuocat luctus lu- 14
ctum inuitat & sequitur, non sufficit
mortuam esse charissimam cōiugem
Rachel, sed insuper oportuit Bilham
eius ancillam suam concubinam uitia-
ri, suumque lectum contaminari, idque per
proprium suum, primogenitumque fili-
um Ruben. Et tam grande nefas com-

Mms mit.

mitti in familia sanctissimi patriarchæ Jacob. Ut discamus etiam in ecclesia multa committi scelera & scadala. Ne statim culpam reiçiamus in uerbum, si quum in Ecclesia scelera committuntur. Oportet hæreses, & contumaciores esse, puræ & sanæ doctrinæ. Necesse est ut ueniāt scandala. Nā Satan summam intendit operam ut de honestet Ecclesiam.

15 Aspergit breuem catalogum filiorū Jacob, ut præstruat sibi uiam ad genealogiam Esau in sequenti capite.

16 Tandem Jacob uenit ad patrem suum Isahac, sed uide per quot tribulationes. Primū periculum erat à Labā, Deinde ab Esau, postea stuprati unita filij Dina, & trucidantur Sichem, Postea moritur Debora, & dulcissima coniux Rachel, Postremo cōspurcat lectum eius primogenitus filius Ruben. Inter hæc omnia mala cōseruat ipsum uerbum Dei, ita & nos dum

dum itus in patriā. Ita per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorū, Psal. 34. Multæ tribulationes iustorum, & ex omnibus his liberabit eos Dominus.

Apparet Rebeccam iam esse mortuam postquam nulla eius mentio fit. 17

Quod appellat Isahac plenum dies rum, & saturum annis, indicat huius uitæ molestias, quæ ætatem conficiunt, & tedium & nauseam huius uitæ faciunt.

Quāuis hic Moses breuiter describit Isahaci mortē id facit ut absoluat eius historiam, et historiam Ioseph continue prosequatur, nam certum est ipsum uixisse cum uendebatur Ioseph & dicebatur dilaceratus à bestia, ubi scribitur ipsum esse lachrymatum. 18

E X C A P I T E XXXVI.

 Ta absoluimus historiam Isahac, quod sequitur caput, tandem continet Genealogiā Esau,

sau, et quomodo ab inuicem habitatū
recesserint, ita fortasse iubente patre
Isahac.

2. Esau nō minus uidetur felix & clas-
rus quam Iacob, in sua progenie, sed
in hoc differunt Esau relicta Circum-
cisione & foedere Dei deficit ad genti-
lismum, et ad idololatriam. Iacob au-
tem permanet in foedere Dei seruata
fide in promissionem, & seruata Cir-
cumcisione ad confirmationem fidei.

3. Esau quantumuis externe iustus et
probus damnatur, tamen Iacob cum
sua progenie, quantumuis externe pec-
cator, manet tamen utiqz iustus & san-
ctus.

EX C A P I T E X X X V I I .

A B hoc capite iam noua inci-
pit historia de Ioseph, quomo-
do per suos fratres in Aegy-
ptum uenditus ad summos honores
euectus sit. Figurat Christum qui per
crucem est glorificatus, & per conse-
quens

quenstotam Ecclesiam figurat.

Hoc autem caput hos præcipuos lo
eos habet. 1. Dilectione. n. Iacob erga
Ioseph. 2. Odium fratrum aduersus lo
seph. 3. Quomodo ipsum uēdiderint.
4. Quomodo eius mortem patti simu
lauerint, & magnum luctum concita
uerint. Summa quomodo Dominus
mala hominum cōsilia moderat, pijs
ad felicem euentum seu exitum.

Huius dilectionis & odij causas 3
Moses exprimit. Iacob dilexit Ioseph
præ alijs quod ipsum in senectute ge
nuerat, & quod erat filius charissimæ
uxoris Rachel, cui deberetur benedi
ctionis prærogatiua, ideoq; exprimit
erga ipsum huius dilectionis argumē
tum, dat ei tunicam uaricolorem.

Fratres Ioseph odiūt eum, 1. Quod 4
a patre præcunctis fratribus amare
tur, haberentq; tunicam uaricolorem.
2. Quod fratres corā patre accusabat
sceleris, 3. Quod recitabat sua somnia
quæ

qua signicabant futurum eius domini
num, etiam super suos fratres, & ita
putabant sibi præcipi benidicti semi-
nis prærogatiua. Domnia sacra sunt
diuinæ reuelationes. Reuelationes
sunt duplices, aut per somniū, aut per
visionem. Quod autem uidit duplex
somnium terrestre & cœleste, signat
regnum Christi terrestre & cœleste,
signat humanitatē et diuinitatē Chris-
ti.

SH. Huius odiī prima causa pater est &
peccatum ab utraq; parte est, quāvis
pater eam libertatem habet filium ali-
quem præ alijs diligere, nascitur tamē
hinc aliorum fratribus inuidia. Et quā-
uis filij uident aliquem fratrem prædi-
lectum esse patri, non debent tamen
hoc ipsi inuidere. Ita Rain cum sentit
sepræ fratre suo Habel plus à parenti-
bus diligi, pretulit se, superbiuit, eti-
am fratrem præ se contempsit, factus
tandem homicida. Ita hic ex inuidia fi-

uns

A P H O R I S. IN G E N. 549

unt eius uenditores, sicut plagiarij liberi homini suenditores. Venditio hominum primum causata est in his praetatis, ubi uicti, digni morte siebant mancipia & uendebantur.

Post has causas sequitur effectus, nempe data occasione & opportunitate tractant de eius morte, quam Ruben impedit & suadet, ut in cisternam coniectū sinant fame mori, ne sanguinem fraternum fundant. Postea Iudas consulit, ut uenientibus negotiatoribus Ismaëlitis et Madianitis diuendat pro 20 argenteis, qui ipsum deferunt in Aegyptum & uendunt Potiphari.

Atq; hoc factio, & maxime simulata morte filij, à fera lacerati, ostensatq; ueste cruentata, patrem & auū in sumnum, & diuturnum luctum coniçit, grauiterq; peccant in quartum et quintum præceptum, & in alia omnia.

Sed uideamus quid in his peccauit Joseph; nihil plane, quod ipsum pater

præ

præ cæteris amat, & dat illi tunicā vari
colorem, q̄ accusat fratres de scelere
quod narrat sua somnia seu reuolutio
nes, extra suam culpam & liberum
est.

9 Scriptura hos filios Iacob depingit
quasi maximos peccatores, uti p̄ ma
nentes sanctos patriarchas. Ut habeas
mus exēpla summē misericordiæ Dei,
recipit eos in gratiam, sed per magnā
pœnitentiam, quæ postea secuta est. L
ta Davidem, Manassem, Paulum, Pe
trum, &c.

10 De alijs locis ambiguis huius capi
tis uide Lyram, & Munsterum. D.L.
egregie et proprie ludit in huius histo
riæ allegoria, in priore commentario,
posteriorius nondum uidi.

11 Ioseph Christum repræsentat, quæ
Deus pater præ cæteris Iudeis & filiis
Adam diligit, & dedit illi tunicam po
limitam usq; ad talos, hoc est, plenitu
dinem gratiarum, ob id à cunctis fra
tribus

APHORIS. IN GEN. 55

tribus Iudeis oditur, & quod eos accusat sceleris, cætitatis, ignorantia Dei, seductionis, iniustitiae, depravationis legis, malorum uitæ, falsæ iustitiae, quod eos admonet pœnitentia. Itē quod narrat sua somnia de regno, quod ipse sit filius Dei dilectus, & Messias ille rex Israël, quem adorabunt omnes homines in quo complenda sunt omnia uiticia prophetarum. Propterea trahant de eius morte, diuendunt eum gentibus, & mactant pro eo arietem, hoc est occidunt eius humanitatem, diuinitatem eius illæsa, & transferunt eius gratiam ad nos gentes.

Ita quoque Ioseph imago est totius Ecclesiæ, quam Deus pater præ cunctis terræ politijs amat, & dat illi tunicam polimitam hoc est dona gratiarum spiritus, ob id odiunt eam omnes gentes. Et per eas accusat de impietate, idolatria, alijsq; uitijs, ac narrat sua somnia de dominio, hoc est quod predicit post

Nn hanc

hanc uitam æternam, diuinam & cœlestem uitam, quæ uidentur impijs mera somnia, propterea odit, persequitur et trucidat eam.

13 Eadem quoq; inuidia est plerunq; ipsis fratribus in eadem Ecclesia aduersus alium fratrem, quem Deus decorauit singularibus, præ alijs donis, & maxime concionatorem qui suos fratres, alios pios accusat sceleris, aut cuiuscunq; uitij, id ferre non possunt, propterea odiunt, persequuntur, int̄tant mortem, aut tandem diuendat & profligant ipsum.

14 Et q; ad historiā spectat, uide ē es se facta ueneditio postq; Jacob rediit ad patrem suum Isahac, ex Mesopotamia in Hebron, & inde reuersus habitauit in Canaan iuxta Sichem ubi prius habiterat, idq; post mortem Rachelis, nam Ioseph erat custodia Bilhæ & Bilpar. Et nihil obstat q; Jacob eius matris Rachelis iam mortuæ meminit, id sic

fit ad diluendum somnium, ut ita miti
get inuidiam fratum. Item quod Ru-
ben querit puerum in cisterna nec
inuenit, uidetur factum esse, ut in-
quit Lyra, dum ipse alia pascua disqui-
teret, ut sic fratres suos à cisterna auer-
teret, et posset Ioseph eximere, salua-
re, & abigere domum, interim alios
fratres ipsum uēdidisse. Item quod in-
quit patrem eius desfleuisse eum, intel-
ligunt Isahac, qui tum adhuc uiuebat,
quamuis eius mors iam est descripta
ante.

Hic uide duritiam cordis & feroci- 15
tatem animi in fratribus ad patethicas
querelas, et preces Ioseph dum ipsum
exuiebant, in cisternam coniecerant, re-
traxerant, & negotiatoribus uendide-
rant.

Docet nos hæc historia, modestiā, 16
& timorem Domini, ne inuideamus
alijs fratribus suam fœlicitatē, si à pa-
tre Deo plus nobis diligentur, & do-

nis decorentur, si accusant nos sceleris, si narrant sua somnia, suas reuelationes, & singulares de Deo cognitio-
nes.

EX C A P I T E X X X V I I I .

Includet historiam interserit Moses propter lineam Christi prosequendam, & est eius, totiusque capitinis argumentum. Iudas post uenitum Ioseph, accepit gentilem uxorem in montanis Iudea, ex qua genuit tres filios, quibus per successionem accipit uxorem Thamar, quos duos priores propter abusum matrimonij interfecit Dominus subita & precipitim morte. Iudas metuens sibi de tertio seu iuniore filio, remittit Thamar uiduam ad domum patris sui, eo praetextu, dum gradesceret tertius & iunior filius. Quo iam maturo & sibi non dato, sentiens se delusam ab Iuda, intendit ei fallaciā, sub praetextu me-
tricis cōcūbit, & sustulit ex eo duos filios

filios gemellos Phares et Sarach.

Quare Iuda discedat, causam puto 2
fuisse, quod non potuit sufferre & ui-
dere amarissimum, diutissimum & in-
consolabilem luctum patris sui Iacob
de fratre suo Joseph diuendito, & per
simulationem occiso. Et quod urge-
bant eum mens conscientia mali, quod uē-
ditionis fuit autor, & non potius se-
dator irae & furoris fratrum, quod illi
suggillabant sæpius fratres. Postea iā
sedato luctu post longos annos redit
ad patrem, qui ipsum cum fratrib. mi-
lit in Aegyptum emptum frumenta.

Odollam fuisse arbitror in monta- 3
nis Iudeæ ubi fuit spelunca, in qua latu-
it & abscondit se Dauid à Saule.

Breuiiter perstringit hanc historiam 4
Moses, ut redeat ad integrum historiā
Joseph, qui dum fuit in Aegypto, grā-
desceret, & ad honorē euectus est, du-
osq; genuit filios, usq; ad annos fa-
mis, hæc facta sūt nēpe intra 23 annos.

Nn 3 Ne

Nefanda hic scribit Moses de tanti
patriarchæ filijs, Sodamiticis peccatis
similia, & sic suo scripto infamat tota
lineam Christi, quasi adulteram & o-
mni genere sceleris plenam. Huic po-
stea accedit, idemque facit Euangelista
Matthæus dum recenset catalogū ge-
nealogiæ Christi. Id facit ut ostendat
prauitatem naturæ nostræ, etiā in san-
ctissimis patriarchis, & magnitudinē
misericordiæ Dei, remittentis pecca-
ta, adeoque uenisse id eo ut sordes pec-
catorum nostrorum tolleret, ne quis
desperet de misericordia Dei propter
sua peccata, dum tanti patriarchæ tam
grauiter peccauerūt, & ad gratiā re-
pti sunt, imò in suam genealogiam re-
cessitiique sunt. Hæc præterire nō potuit
dū recessenda erat linea Christi, scri-
benda fuit successio filiorū Thamar
quæ fuit uxor filiorum Iudæ, quomo-
do ergo sustulit ex ea filios Iudas?
Hoc uoluit tantum indicare nō expli-
care

A P H O R I S. I N G E N. 557

care, & Moses hic est cōmētator Mat
thæi cum inquit Iudas genuit Pharez
& Serah de Thamar, quod quomodo
factum sit indicat.

Virtutes præterit, tacet & dissimu-
lat, & grauissima, detestandaq; pecca-
ta exactissime describit, cōtramorem
iustitiarorum, qui dissimulatis uitijs,
bona opera tā magnifice extollūt, &
libētius audiūt meros Frāciscos, Do-
minicos, et Carthusianos de celibatu,
ieiunijs, & cucullis quam de huiusmo-
di uitijs. Et nostri in funebris orati-
onibus nostrorum quantumuis scele-
ratorum defunctorum expetunt præ-
dicari bona opera, nescio quæ. Si qua
autem recitanda sunt, Deo ut auctor
non hominibus ascribenda sunt.

Mose autem ratio longe diuersa est,
nempe patriarchæ tanti fuerunt pec-
catores, attamen in gratiam recepti
sunt, & manserunt patriarchæ & salui
sunt. Ergo necesse est magnam, & im-

Nn 4 men-

mēsam esse misericordiam Dei. Quis ergo uelit desperare de misericordia Dei propter sua peccata, modo pœni teat, & precet remissionē peccatorū.

8 Succedere in fratri locum, & accipere defuncti fratri uxorem, & suscitare sibi semē, nomineq; fratri appellare longe ante legē à patriarchis obseruatum est, & postea à Deo per legem confirmatum est.

9 Dominus interficit duos filios Iuda, propter abusum matrimonij quod semen geniale non direxerunt ad locum suum. Ergo caueant sibi nostri similes concubitores. Nam seminis temeraria & uolūtaria profusio parum aut nihil differt ab homicidio. Et enim semen seu sperma uiuū & separabile corpus uiui sui corporis, habens oēs p̄prietates & partes sui corporis naturaliter inclusas, q; ad locū sue generationis aptū applicatum, procreat sui corporis similem speciem. Est ergo

go in proprio & honesto usu reuerenter habendum.

Ecce tantorum patriarcharum filij 10
ad tantam improbitatem degenerant,
ne quis putet dona Dei esse heredita-
tia, nisi quoq; & timor Dei sit heredi-
tarius. Inde natum est commune pro-
verbium: Proborum, diuitum et sapie-
tum filij raro frugescunt, facile dege-
nerant. Docet ergo timorem Domi-
ni, ut si uolumus consequi patrum bo-
na, seu dona, imitemur quoq; parentū
pietatem.

Iudas putabat se uelle eludere Tha-
mar de immaturitate filij tertij, remittit
eam domum patri suo ut ibi sit uidea,
ut ita eriperet filium. Sed Thamar ad
ulto Sela postquam sentit se eludi, rur-
sum struit fallacias Iudæ sub prætex-
tu meretricis, & maxime ut exciperet
filios, postquam audiuit hanc genea-
logiam esse benedictam fore terræ do-
minam, & in qua ueniret Messias.

Nn 5 Iudas

- 12 Iudas iam uiduus scortatur, ut puta
bat cum meretrice, & peccat pruden-
ter & imprudenter, ut scorto. Víduus
cum vídua, fócer cum nuru sua.
- 13 Apparet Thamar honestam fuisse
mulierem & piám, quæ adamauit hāc
piám genealogiam, & fortasse displi-
cuít tanta improbitas maritorum suo
rum, qui tantum ipsa uoluerunt abu-
ti ad suas libidines, et nō procreare ex
ea in eā genealogiā filios. Ideo Deus
eam miseratus permisit ut ex luda cō-
ciperet & fieret proaua Christi. Filij
fortasse ex superbia & contemptu hu-
ius gentilis mulierculæ noluerunt ex
ea suscipere filios in hāc sanctam pro-
geniem patriarcharum. Vt si quando
nobiles acciperent rusticas pueras a/
pudnos.
- 14 Vt hic Er & Onan, ita adhuc mul-
ti propter abusum matrimonij imma-
ture moriūtur, quos hic ingt à Domi-
no occisos.

In

A P H O R I S . I N G E N . 561

In Thobia occiduntur à dæmonio, ut
carnifice Dei. A Domino occisus di-
citur hebraismo, is qui subita, horren-
da, inconsueta, & non naturali morte
moritur. Ita Dominus occidit primo-
genita Aegypti, exercitum Sennache-
rib, &c.

Quod Iudas appellat Thamar iu- 15
stiorem se, in cognitione huius causæ
coram iudicio, inde est quod ex rece-
pta consuetudine, & lege sequens fra-
ter debebat ducere uxorem defuncti
fratris absq; hæredibus, id prohibuit
Iudas ne faceret Schela, ergo Iudas in
maiore culpa est.

Phares propter primogeniturā ac-
cipit nomen, quod ipse primus aperu-
it uuluā, aut proverbialiter, rupit ma-
ceriem, ut esset discrimin inter gemel-
los propter successionem in linea ge-
nealogiæ Christi. Serach à colore ru-
bri filii, quod erat ligatum in manu, nō
sortitus est.

EX CAPITE XXXIX.

- I**ndicata saltem historia Iude^x propter certas rationes ut dictum est, iam reddit & prosequitur historiam Ioseph, quæ refert figuram crucis & gloriæ Christi.
- 2** Quod autem ad huius capitinis argumentum attinet, describit Moses quomodo Ioseph in Aegyptū perductus est, & factus Potiphari seruus, cui fidelissime seruiuit, suæc^q fidelitati benedixit Dominus, adeo ut illi committeret Potiphar totius domus suæ administrationem, atq^{ue} ob eam industriā & felicitatem adamatus sit ab ipsa sua domina, cuius inhonestam solicitacionem per constantem fidelitatē, & pudicitiam, constanter recusauit, usq^{ue} dū ipsa in ipsum irrueret, quem cum non poterat precibus & ui flectere, falso apud Dominum accusauit, qui ipsum in carcerem coniecit.
- 3** Describit igitur hoc caput principia

A P H O R I S . I N G E N . 563

pia gloriæ , nempe fidelitatem in officio , & ob id falsam accusationem , postea immeritam crucē . Atq; hi sunt postissimi huius capituli Loci .

Ioseph optimum prebet exemplū 4 felicis officij , cuius tres sunt loci seu partes , 1. Pietas erga Deum , 2. Sedulitas , alacritas & fidelitas in officio .
3. His duobus prioribus Dominus addidit benedictionem seu felicitatem , unde nascitur fauor & gratia hominum . Atque hæc ita se habere Christus ipse approbat , cum inquit qui fidelis est in minore , fidelis est in maiore . Lu . 17 . Et Euge serue bone et fidelis , quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constitutam . Intra in gaudium Domini tui .
Matt . 24 .

Primum ergo uideamus pietatē Ioseph , hic fuit certe à patre , à prima aetate in uera cognitione & cultu Dei educatus , præse tulit bonam indolem iam cum adhuc erat apud patrē , ut indicat

dicatum est capite superiore suæ historiæ. Hic cum per inuidiam fratrum diuenditur & abducitur, atq; ex libero fit seruus, committit se suasq; res Domino, & rogat sui conseruationē, bene confidens de Domini erga se clementia. Deinde considerat lux sortis & uitæ conditiones, nihil iactat suam generositatem, non egre fert suam seruitutem, sed quietus apud se in Domino officium suum facit fidelissime, nō ad oculum seruiens. Pro qua fidelissima seruitute nihil præterq; panem seu quotidianum cibum (quia emptus fuerat) habebat. Sed quoniam uera pietas non caret benigno respectu & tutela Domini, & fidelis seruitus non caret suo premio. Ideo Dominus hūc piūm Ioseph derelictum à parentibus & omnibus amicis, assūmit & fouet iuxta illud Psal. 25. Pater & mater dereliquerunt me, Dominus autē assūpsit me. Deinde pro mercede sui fidelis

A P H O R I S. IN G E N. 565

lis seruitutis reddit ei felicitatem seu fortunam, quod bene succedunt omnia in officio, deinde dat ei gratiam et fauorem apud Dominum, domesticos, & omnes homines.

His accedit quoque & aliud donum & Dei, quod est formosus aspectu, quod quoque naturale est et semper concomitantur sedulitatem, & alacritatem. Cetera autem, natura et habitu formosi de sidia & corpore saepe fiunt deformes, & squalidi.

Et quoniam nihil est ab omni parte beatum, & res ipsa per se bona, exercitatione contrarij fit illustrior & commendatior. Ita quoque huic pio, honesto, casto, & fideli Joseph intentatur non a serua sed ab ipsa Domina sollicitatio de concubitu, & Satan nititur ipsum hic labefactare, sed Dominus ita disponit rem, ut diligentibus Deum omnia cooperentur in bonum, Romanorum 8.

Hic

8 Hic contestata & cōmendata redi-
ditur pudicitia & fidelitas Ioseph per
impudicitiam Domine sue, Ioseph flo-
rida etate est succipiens adoleſcens,
adamatus ab omnibus, quæ artas per
se prona est ad libidinem, pudicum ta-
men se seruat, solicitatur ad hæc, non
à serua, aut alia meretrice, sed ab ipsa
Domina, idēq; secreto & indesinenter,
adeo & tandem ui cogitur & impelli-
tur. Utiq; tamen sua pudicitia & fide-
litate inexpugnabilis perstat, recusat,
& non acquiescit, prætendens sux per-
sonę et officij decorum et indecorum;
& occulte secum meditatum habet i-
morem Domini, quin talia prohibi-
bet, & inulta nō relinqit. Sed si uult in
hac captiuitate seruari, consultissimū
esse ut abstineat ab huiusmodi uitijis.
Et certe qui cum ingenij conficitur
eiusmodi, nec mouet animus eius, in
ea re tamen scias eum iam uitæ sue in-
uenisse modum.

Dominā

Domina sua autem egregia declarat petulantiam, et impudicitiam, habet legitimum virum, eo non est contenta, non solicitatur, sed ultrò solicitat alium, pudicitia & honestatis plane oblita, declarat carnis humanæ imponentiam, & proclivitatem ad uitia. Et quanto magis igitur tanto magis exstuat ignis. Nitimur in ueritatem semper cupimus & negata. Quod licet ingratum est, quod non licet acrius urit. Furtiuus panis dulcior est.

Postquam autem uidet Ioseph esse inexpugnabilem, adeo & ipsum profugere, & pallium relinquere, ueritatem patefaciat, & queruletur Domino suo, præuertit & inuertit rem, exclaims quasi de violentia intentata, ac falsus accusat Ioseph apud Herum suum de solicitatione cōcubitus. Ioseph proculdubio non mutus, excusauit se a pudore Dominum, ita tamen ne accusaret & Thamar & suam Dominam, sed

Oo sic

ut sit, maritus plus fidei habet uxori
quam seruo, quantumuis fidelis con-
cit eum in carcerem Regis. Ecce quā
Dominus abludit à uerbo suo ut exer-
ceat nos in fide, Dominus per somni-
um reuelauit Ioseph ipsum fore ma-
gnūm uirum, & ecce iam in carce-
rem coniçitur & manet aliquot an-
nos.

Ecce extreūm infortuniū Ioseph,
¹¹ iam antē fratres eius latali odio odi-
rant eum, ideoq; uendiderant ut man-
cipium, abducebatur in Aegyptū, ibi
rursum uēdebat, ipsam seruitutē so-
latur & mitigat Deus per eius fidelita-
tem & frugalitatem, data gratia apud
homines. Iam autem pro fidelis suo
seruitio & pro seruata castitate hoc
premiū reportat, quod cōñcitur in car-
cerem. Ibi iam est omni humano præsi-
dio destitutus, iam de eius capite et co-
rio agitur, periculum est ut male pe-
reat, et ignominiosam morte extinguat.
ut

ut moechus. Sed ipse bene confisus de
sua innocentia, & ad Deum fiducia,
committit rem Deo, & est bene quie-
tus etiam in ipsis uinculis.

Dominus autem non destituit eum ¹²
sed cum ipso usq; in carcerem & uincu-
la descendit, consolatur eum, & dat il-
li animum alacriorem, & gratiā apud
prefectum carceris, unde etiā ipse col-
ligit hunc esse extra noxam, & data
tide, dissoluit catenas, permittitq; libe-
rū esse in carcere, ac p̄ficit alijs uin-
cis, ut ipsis p̄ficit & ministret. Adeo
verum est quod inquit Psal. 90. Cum
ipso sum in tribulatiōe. Et uacare cul-
pa magnum est solatium. Ita Deus ad
extremum tēcat, deducitq; ad inferos,
& reducit.

Luxta Ioseph exemplum, etiam ¹³
multi sunt hodie qui obscurō & hu-
mili loco apud suos nati, & à paren-
tum cura alienati, pauperes, & apud
ignotos uersantes, nō habent in quo

Oo 2 con-

confidant non in amicis , aut diuitijs,
nisi in solo Deo , cui se cōmittunt , &
rogant sui conseruationem , gaudēt̄c̄p
se esse inter homines apud quos uicti
cent , ideo c̄p suum officium gnauiter et
fideliter faciunt . Dominus dat in offi
cio felicitatē , unde gratiam apud ho
mines merentur , proficiunt , et euadūt̄
in nouos & magnos uiros . Ita hoc ex
emplum Ioseph est certissima ratio ,
ad nobilitatem & sublimitatem conse
quendam .

14. Et quoniam contrariorum eadē est
ratio , ita eadem uia est ex nobilitate ,
& summo loco ad infimum delabi , &
ex nobili ignobilem fieri . Nē pesi con
fusus tuā generositati , nobilitati , diui
tijs , & amicorum praſidijs , Dei obliui
ſceris , abdicas omnēm honestatēm , &
timorē Domini , potas , ſcortaris , ne
gligis officiū , &c . Ibi ſi ipsa cupiat fa
lūs non potest te ſeruare . Et huiusmo
di exēpla etiam apud nos multa ſunt ,
ita

ita Deus hunc humiliat & hunc exaltat. Et suscitat à terra inopē, & è stercore erigis pauperem. Causa exaltationis sola est fiducia in Deum, timor Dei, & fidelitas in officio. Contra autem deiectionis causa est contemptus Dei, & timoris eius fiducia in res nihil, & negligentia officij.

Et quemadmodum Mysterium Ioseph ita quoque Christus pro nobis ex libero factus est seruus omnium, officium suum fidelissime administrauit, Dominus quoque dedit ei successum, fœlicitatem, & gratiā apud omnes homines. Sed quod noluit acquiescere solicitationi Phariseorum ad consensum suæ falsæ doctrinæ, ideo falso accusatus apud magistratum, apprehensus est & coniectus est in diræ mortis carcere, ibitamen quia erat innoxius, erat inter mortuos liber.

Ita quoque tota Ecclesia, & quisque pius, quoniam nō uult ad impietatis folia,

Oo , licet,

licitationem acquiescere & cōsentire,
ideo falso accusatur et conūctur in ua-
rias afflictiones.

17 Et quod inquit Ioseph pro fidelī suo
labore nihil habuisse præterquām pa-
nem, significat quoq; eius fidelitatē,
quod propterea nihil minus strenue
laborauit, nec surripuit aliquid Domi-
no suo, pro mercede sua nec profu-
git, quemadmodū nostri infideles ser-
ui quorum apud nos longe mitior est
conditio.

18 Panis quotidianus seruorum Dei
concionatorum in domo Potipharis
est designatum stipendium, quod cer-
te nihil aliud est quām quotidianus pa-
nis, nobis & liberis nostris. Quām
graui ter ergo peccant qui eum frustū
panis, adhuc ē manibus nostris surri-
piunt, & inquiunt esse nimium.

19 Quotusquisq; est nostrorum ado-
lescentium qui in hac pietate, fidelitate,
& castitate imitatur Ioseph? Qui po-

tuit transgredi & non est trāsgressus,
facere mala, & non fecit. Praeclara cer-
te virtus est placitis abstinuisse bo-
nis.

Huius castitatis præcipua causa fu- 20
it timor Dñi, nam cum hanc rem potu-
isset celare omnes homines, Deum ta-
men celare nō potuit, qui postea cum
magna ignominia, damno & penis
protulisset, & ultius fuisset.

Nostra iuuentus plerunq; abutitur 21
sua pudicitia & fidelitate in officio ne-
glecto timore Domini, ideoq; pauci
veniunt ad frugem.

Valde consolatorium est, quod in- 22
quit, Dominus fuit cum Ioseph in ip-
so carcere, & dedit illi gratiā coram
præfecto carceris. Hoc est Dominus
non destituit eum, qui habet bonam
causam, consolatur eum de sua inno-
centia et promittit præstatq; liberatio-
nem. luxta illud Psal. 91. Cū ipso sum
in tribulatione. Sap. 10. Sapientia uen-

Oo 4 dicitum

ditum iustum nō dereliquit, sed à pec-
catoribus liberauit eum, descenditq;
cum eo in foueam, & in vinculis non
dereliquit eum, donec adferret illi sce-
ptrum regni, & potentiam aduersus
eos qui ipsum deprimebant, et menda-
ces ostendit, qui maculauerunt illum,
& dedit illi claritatem æternam. Item
Psal. Tibi derelictus est pauper, or-
phano tu eris adiutor. Vacare culpa
magnum est solatum. Nil consciere si-
bi, nulla palle scere culpa, hic murus a-
heneus esto,

23 Hoc exemplo solentur se qui in bo-
na causa & propter suam innocentia,
iniuriam paciuntur, nec possunt pro-
prijs medijs uti ad defensionem. Ibi cō-
mittant rem Domino, sileant & quie-
scant iuxta illud, mihi vindictam, ego
retribuam. Sed ibi necessaria est mag-
na patientia, & longanimitas. Nam
Dominus plerunq; solet vindicta &
defensionem differre. Ad extremū au-
tem

tem tanto illustrius liberat ut hic Ioseph, ut David exercuit per totum decennium, & postea euexit ad regnum. Contra autem grauiter peccat in Deum & cadit sua causa, qui se se vindicat, nam non estimat Deum iustum, omnipotentem, & præsentem rerum inspectorem.

Quod inquit, Dominus fuit cum eo 24 dedit illi gratiam coram præfecto carceris. Hoc est, dedit illi bonam conscientiam, & alacrem animum, unde præfectus carceris cognovit ipsum falso accusatum esse, ideoque erat illi clementior, & solutis catenis commisit illi negotia carceris.

EX CAPITE XL.

Non habet hoc caput uarios aut difficiles locos. Præcipuus est de somnijs, præterea hic incipiunt principia liberationis Ioseph. Et quomodo Dominus quem duxit ad inferos, reducat ad cœlum,
Oo s quo-

quomodo in cruce renascatur gloria,
quomodo Dominus exalteat humiles,
& omnia cooperetur iustis in bonū.

2. Somnia sunt actiones animæ, quiescentes corpore somno. Sunt autem duplia somnia, alia sunt humana, alia sunt spiritualia, & significativa pleraque. De somnijs uide Iesum Syrah.
34. cap.

3. Humana seu naturalia somnia sunt aut ex prædominantibus humoribus in corpore humano, ut ex sanguine, cholera, phlegmate, aut melancolia, singulæ singulas & uarias habent imagines, exuberante sanguine, appetit latæ, & amatoria imagines. Cholera habet bellicas, rixosas, igneas imagines. Phlegma habet aquaticas, uentosas imagines. Melancolia habet tristes, morbias & letales effigies. Assignat cuiuscumque humoris dominium in corpore, & admonent hominem ad conciliandum harmoniam humorum, et rectificandam crasim.

Alia

Aliæ humana seu naturalia somnia 4
causantur plerūq; ex negotijs præce-
dentibus aut præsentibus. Item ex me-
tu aut spe futurorum , aut ex ijs rebus
quæ ex officio tractamus . Vnde sunt
illa. Omnia quæ sensu uoluuntur uota
diurno , Pectore sopito reddit amica
quies. Item ut inquit ille, num hic som-
niat quæ uigilans uoluit? Et Claudiæ
nus Iudicibus lites, aurigę somnia cur-
rus. Item Tibullus somnia fallaci lu-
dunt temeraria nocte. Et pauidas men-
tes falsa timere iubēt. Huiusmodi som-
nia sunt incertæ & dubiæ significatio-
nis, ideo non possunt habere certas in-
terpretationes, nec quisquam debet p-
sumere horum somniorum interpre-
tationem, nec possunt nec debent cer-
tae interpretationes certarum imagi-
num constitui, ut quidam delirāt & to-
tos libros imaginum & interpretatio-
nem earum conscribunt.

Spiritualia autem somnia sunt du- 5
plicia,

plicia, Diuina, & Diabolica Diuina
Somnia sunt singulares & certe reue-
lationes Dei de magnis, singularibus,
& necessarijs negotijs in publicis aut
priuatis officijs, tum politicis, tum ec-
clesiasticis, habentq; conspicuas & re-
naciter hærentes imagines, non secus
ac si quis coram conspiciat. His addit
Dominus certa testimonia ad creden-
dum, & addit ipsis somniatib. ueras in-
terpretationes, aut pseipso, aut per ali-
os. Et ut uisio aut somnium, est solius
Dei reuelatio, ita q; eius interpretatio
est solius Dei, ut Iacob de scala. Joseph
de manipulis, hic duob. ministris Pha-
raonis. Postea ipsi Pharaoni de spicis
& bobus. Itē Nabugdonozor & Da-
nieli de mutatione regnum, & reg-
no Christi. Joseph de fuga pueri Iesu.

• Duplex siquidem est imaginaria re-
uelatio diuina, aut per uisionē, aut per
Somnium, utracy reuelatio habet ima-
gines significatiuas ad rem reuelatā,

ut sunt uisiones prophetarum, ut sunt apocalypses Ioannis.

Hæc duo genera reuelationum, habent testimonia scripture, Num. 12, et loël 2. Iuuenes uestri uisiones uidebūt & senes uestri somnia somniabūt. Huiusmodi reuelationibus & eius cōgruis interpretationibus est habenda fidēs, nam sunt à Domino exhibitæ.

Præter has duas reuelationes est & alia quæ fit per uocale uerbū Dei, quo Dominus uiua uoce reuelauit futura, aut uoluntatem suam, ea fuit in ueteri testamento in propiciatorio inter duo cherubim, postea ad, & per prophetas. Sed ipse imagines pingūt rem, ut tanto facilius possit percipi.

Diabolica somnia sunt phantasma satanæ, quibus uexat et exagitat impios, ut cōqueritur uxor Pilati se multa fuisse passa ea nocte propter Iesum dimittendum. Nam serpens ille iā præsens fore, ut sibi caput contereretur.

Satan

Satan p̄ omnia est simia Dei, ut Do-
minus p̄is reuelat futura per uisiones
aut somnia, interdum per uocale uer-
bum. Ita Satan quoq; impijs per uisio-
nes, & somnia, interdum per uocale
colloquium reuelat sibi cōgrua. Inde
sunt Phitones, & diuinatores, de qui-
bus hic mentionem faciunt pincerna
& pistor, qui erant solliciti de somnijs
suis quod non habebant diuinatore. Vnde Ioseph eos redarguit, & inquit
solius Dei esse interpretationem som-
niorum, nō inde consulendos esse di-
uinios. Ideo si habes somnium expres-
sum & singulare, quod te sollicitat, nec
potes interpretari. Consule Dei mini-
stros, aut pios homines, solet nancz
Dominus magnos euentus prius sig-
nificare. Ut Policarpo (in Ecclesiasti-
ca historia) uisum est ceruical combu-
ti, quod significabat ipsum propter
Christum flammis destinandum esse,
quod paulo post factum est.

Io.

Ioseph autem quoniam habet spiritum Dei, audit, & interpretatur somnia, & euentus ostendit ueritatem interpretationis.

Quemadmodum ad vindictam sui diuina ira lento gradu procedit, ita quoque exauditionem, & liberationem ex necessitate protrahit Dominus. Ideo constanter retinenda est spes patientia & expectatio diuini auxilij. Ioseph iam diu erat in carcere antequam pincerna & pistor coniiciebantur in carcerem, & postquam eximebantur, retinebatur ipse ad biennium in carcere. Sed Dominus scit quae sunt sui, & non uit est temptatione eripere, & quanto longius protrahit liberationem, tanto maiore cum gaudio & gloria liberat, ut David post decennium fugae a Saule euexit ad regnum. Ita quoque hic Ioseph ex carcere producit, & gloriose exaltat per totum regnum, ut sequitur in proximis capitibus.

ut sequitur in proximis capitibus:

X CAPITE XLI.

IN superioribus capitibus descripta est crux & humiliatio Ioseph. iam porro, quin omni utri terum uicissitudo est, & mutatio dexteræ excelsi, describitur exaltatio & gloria eius. Et adeò hoc capite describitur principium glorie eius, quo modo disponente Domino, ob interpretationem somniorum regis, eductus est è carcere, & interpretatis somnijs euectus & constitutus est ad summos honores, ita ut esset secundus à rege, totiusq; regni administratio ipsi commendaretur. Et quomodo in se prem fertilib. annis prouidit terra & reposuit frumenta. Ac interim de nobilissima prosapia duxit uxorem, genuitq; ex ea duos filios. Et quomodo in sterilib. annis distribuit frumenta. Hoc certe est egregium suæ pacientia præmium, & suæ crucis gloriofa comi-

compensatio, quæ debet nos in nostris
malis admonere constantiæ & bonæ
spei, futurum esse ut uideamus nostra
uota, & benignū auxiliū Dei. Ut quā
magna fuerit crux, tanto & multo ma-
ior sequatur consolatio & gloria.

Præcipui autem huius capitinis loci 3
sunt, 1. Somniū Pharonis, 2. Interpre-
tatio Ioseph, 3. Euentus seu effectus
somniū & interpretationis eius cui in-
sperritur Matrimonium Ioseph.

De uarietate somniorum iam ante 4
diximus. Hoc autem somnium, diuina
reuelatio est, & perspicua imago fu-
torum qua præcauet, & præmunit re-
gem ut politicum suum ministrum, ad
prospiciendum subditis suis, de fu-
turi malis. Nam nō facit Dominus uer-
bum nisi prius secretum suum reuela-
uerit ad seruos suos prophetas, A-
mos. 3.

Hoc autem somnium seu hanc ima- 5
gine reuelat ipsi regi ut tanto citius

Pp . exequi

exequi poterit et disponit ut ipse sit eius interpres, ut iam tandem eximatur carcere, euehaturque ad honores, & compleatur somnium suum de manipulis suis.

6 Imago somniorum & interpretatio eius, est aptissima ad rem ipsam. Nam illa ipsa est facies terræ, tempore fertilitatis, ut sint pingues uaccæ, & latæ segetes. Contra tempore famis sint omnia squallida, horrida & macilenta. Quare uaccas uidit, & nō boues, causa est, quod ex uaccis plus uenit commodi quam ex boibus, lac uidelicet, & butyrum, casei, uituli. &c.

7 Et quod consilium Ioseph dat Pharaoni idem dat adhuc omnibus principibus & magistratibus ut prouideant & succurrant necessitatibus futuræ, tempore fertilitatis & felicitatis, & damnant omnes negligentes magistratus, omnes propolas, & auctores.

Elegans modestia est Ioseph, ubi trans-

transfert à se interpretationem somnij ad Deum & ait, ut somnium, ita solius Dei esse eius interpretationem. Idem sentiamus & nos de interpretatione uerbi. Nā ut solius Dei est uerbum, ita solius Dei est eius interpretationio. Ideoq; rogandus est Dominus, ut aperiatur nobis sensum ut intelligamus scripturas. Sensum enim Domini quis scit, nisi ipse dederit sapientiam? Stulta ergo & infelix præsumptio est, sibi arrogare interpretationem scripturæ ex confidentia felicis ingenij sui. Inde fit ut horrendissime ruant in heres, & cætera publica mala committant, quod nos multa docent exempla.

Similiter quemadmodū solius Dei est regnum, ita nemo debet sibi usurpare, nisi cui Deus cōcesserit. Atq; is qui est in administratione cōstitutus, debet à Deo sapientiā gubernandi petere. Quemadmodum Salomon. 3. Re-

Pp 2 gum. 3.

gum 3. Et sic pariter interpres uerbi,
& administrator reipub. debet gnauis-
ter cum timore Domini & modestia
suum officium facere, ut inquit Psal. 2.
Seruite Domino in timore. Sensus ho-
minis facile ad ueram interpretatio-
nem uerbi consentit, & agnoscit esse
ex Deo, eumque interpretem esse diui-
nitus inspiratum. Ita hic Pharao agno-
scit Ioseph esse uerum interpretem &
plenum spiritu & sapientia Dei. At
que ipse Pharao inter interpretandum
adeo rapitur in huius adolescentis ar-
morem ut secundum se exalte.

10 Per datum annulum tribuit illi sum-
mam autoritatem, ut nomine regis
possit per literas mandare. Per albā ue-
stem sericam communicat sibi summū
honorē nam alba uestis est apud eos
honoratissima, aut tria illa alba uestis
serica, torques aurea & annulus sunt
insignia, & in auctoratio, seu ordina-
tio principis. Ita potest Dominus ex
seruo

seruo Domini, & rustico nobilem, comitem aut principem facere, modo timeamus Dominum, & simus fideles in officio. Et quamvis aliquandiu preter meritum nostrum affligimur & in pericula coniçimur, ad extremum tam innocentia nostra cõtestata reditum, & recipit sua premia. Hæc est illa mutatio dexteræ excelsi. Quam mirabilis est Deus in sanctis suis. Joseph recta ex carcere fit princeps præter sum ipsius opinionem. Ita quos exaltat prius humiliat & è contraria.

Vt hic Joseph, ita adhuc omnis magistratus apud vulgus pauperum bene audit, & magnam gratiam, fauorem & nomen, item apud Deum benedictionem cõsequitur, qui prospicit pauperum necessitatibus de reponendis & distribuendis frumentis. Contraria autem pessime audit apud omnes homines avarus propola & auctor frumentorum. Vnde est illud Proverb. ii. Qui

non communicat frumenta, ei maledicietur in populo. At benedicitur uenienti. Herodes quamuis apud omnes pessime audit, summam tamen gratiam apud Iudeos consecutus est sua frumentatione ex Aegypto tempore famis, ut Iosephus hebreus scribit lib. 5. cap. 23. Item & Romani uenabant uulgi suffragia frumentaria liberalitate.

¹² De fertilitate Aegypti præclara scribunt Geographi, quomodo per exundationem Nili irrigatur tota terra, & maxime quæ Nilo proxima est, et quanto altius exundauerit, tanto redatur fertilior. Sole cancrum ingrediente exundat & rigat totam terram, usque dum sol absoruerit libram, tunc recolligitur in suum alueum, dehinc seritur ager. In Maio est tempus Messis, tantaq[ue] est eius terra fertilitas, ut à veteribus publicum orbis horret appellata sit Aegyptus.

¹³ Postquam autem Ioseph constitutus

tus erat à Pharaone gubernator totius regni, non recusat officium, sed agnoscit esse Dei dispositionem & benignam eius uoluntatem, suscipit delegatam prouinciam, & strenue agit in nomine Domini, semper seruata modestia in tanto honore, suum officium facit fidelissime, perlustrat totam terram, facit adornari horrea, thecas & repositoria frumentorum ad futuram famem. Ita non tantum in Aegypto sed omnibus circumiacentibus regionibus de uictu prospectum est. Adeo uerum est prouerbiū illud : Cum florent iusti, gaudet ciuitas. Item, Benedictione rectorum fortunatur ciuitas, Proverb. 11.

Ita semper tempore fertilitatis debemus nobis prospicere de fame et sterilitate, ideoq; iubet Christus Ioan. 6. colligere fragmenta ne pereant. Et tempore pacis debemus parare ea quæ necessaria sunt ad bella.

15 De spirituali uictu autem debemus
nobis quoq; prospicere, tempore feli-
ci quando uerbū Dei nobis est in prō-
ptu & parata copia, debemus ita pro-
spicere & curare , ne propter nostram
negligentiam transferatur, & sequan-
tur tempora famis de quib. inquit A-
mos 8. Ecce dies ueniunt dicit Domi-
nus, & mittam famem in terram, non
famem panis, necq; sitim aquæ, sed audi-
endi uerbū Domini. &c. Ideo erigēde
& aperienda sunt scholæ , parochiæ
sunt necessarijs & sufficientibus stipē-
dijs procuranda, ut seruetur uerbum
Domini & bona litera in posterum.
Quid ergo respondebunt Domino
& huic Ioseph nostri propola; in poli-
ticis negotijs, et sacrilegi in ecclesiasti-
cis bonis. Vtinā Dñs daret nobis ali-
qt, aut saltē unū aut alterū huiusmodi
Ioseph aut Naaman Syrum. Certe hic
est ille seruus bonus & fidelis quē cō-
stituit Dominus super familiam suam
ut

ut det illi cibum in tempore, quem tan
tis preconijs cōmendat Christus, Mat
thai 24. Luc. 12.

Hæc certe est paratissima ratio, & cō 16
pendiaria uia, ad consequēdos hono
res ampliores, si prospicias necessita
ti pauperum, nam inde benedicit ei po
pulus, pariter & Dominus. Filijs hu
ius seculi autem semper p̄epostera &
contraria sunt studia, parant sibi diui
tias cum aliorum detrimento, ideo ip
sis maledicit et populus, et postea Do
minus, ut paratæ opes malis artibus, si
bi ipsis exitio fint ad fastum, superbi
am, uoluptatis, &c. Et cum cupidissi
me inhiant opibus & promittunt sibi
longos & lautos dies, tunc ex impro
viso aut rapiūtur ipsis, aut ipsi morte
discedunt & relinquūt alijs, Psal. 49.
ut diues ille frumentarius euāgelicus,
Luc. 12. Ita thesaurizant & nesciūt cui
congregent, Psal. 39.

Quārat aliquis, an non liceat fru 17

P p s menta

menta auehere in eas terras ubi est ip
orum penuria, licet ne communicare
de nostra opulentia. Respōdeo, licet,
sed si prius prospectum est patrix &
suis. Charitas est omnium rerum et a-
ctionum magistra, & à seipsa incipit.
Cate ne auehas frumenta pro cōmo-
do tuo, et aliorum detrimento. Ioseph
communicat frumenta exteris terris
inquirentibus & potentibus frumen-
ta, non auexit.

18 Obserua quoqz diligenter mansue-
tudinem Ioseph, iam euectus ad sum-
mos honores non reddit talionem he-
ro suo Potipharo, quod præter culpā
ipsum in carcerem coniecerat. Nec tra-
ducit quoqz uxorem eius de solici-
tatione concubitus. Sed omnia tacer, dis-
simulat et penitus remittit, uidet enim
Dominum sua damna satis abunde re-
pensasse. Utinam hoc possemus in re-
bus multo leuioribus imitari.

19 Quod si per aliquot annos sedit in
sordido

sordido carcere clausus, iam summe
decoratus perlustrat totam Aegyptū
liberrime.

Copulat aut̄ dat illi rex uxorem ²⁰
quam seit in toto regno nobilissimā,
filiam Potipharæ sacerdotis On ciuitatis,
quæ postea Thebe, dehinc Eliopolis ut transferūt septuaginta uocata est. Sacerdotale genus secundū regale erat nobilissimum in omnib. nationibus, etiam apud Iudeos. Nam ut reges in politicis, ita sacerdotes in ecclesiasticis negotijs erant publici rectores, & interdum una persona utrumque officiū sustinuit ut Melchizedech, Samuel, & hic Potiphara quem admodum transtulit Iōnatha Chaldaeus. Solum Papa fecit sacerdotum filios spurios, & hinc nunc quoq; contēptiores, quamuis nunc in quibusdam regionibus sint legitimi.

Hic Potiphara sacer Joseph non ²¹
fuit idē Potiphar Dominus suus, qui ipsum

ipsum deiecit in carcerem, nam hic fuit sacerdos, ille fuit archimagirus, seu ut alii uertunt aulæ magister.

22 Diligenter quoque obserua hic fidelitatem, seu ἀφελαργυρίᾳ Ιoseph in fertilibus istis annis, dum congerit frumenta, quam potuisset et suæ auaritiae & cumulandas opibus induluisse non facit tamen, sed est fidelis ille seruus quem commendat Christus, Matt. 24.

23 Intra septem fertilitatis annos genuit ex sua uxore duos filios, quibus pro memoria rerum praesentium imponit nomina. Manasse significat obliuionem, quod iam oblitus sit omnium molestiarum, adeo & domus patris sui, natalisque soli, quo nihil est in uita dulcior, cuiuscque hactenus tenuit ipsum desiderium illud iam eximunt uxor & liberi. Ephraim autem fructificationes seu crescētias signat, quasi iam cœperit crescere & multiplicari sobole. Quādiu quisquam est celebs tenetur desir-

desiderio repetendæ patriæ, at ubi duxerit uxorem, & genuerit liberos, tūc euaneūcit desiderium repetendæ patriæ.

Sequens effectus declarat ueritatē 24 somni, & interpretationis, septem fer tiles anni effluxerant, postea incipiūt septem steriles anni, non tantū in Aegypto, sed per totam terram, ceteræq; circumiacentes regiones confugiunt ad Aegyptum quasi ad publicum totius orbis horreum.

In primis septem annis, dum coacer 25 uauit frumenta, innotuit quidē Ioseph per omnem terram de presagio famis & prouidentia. Sed in ipsis sterilibus annis uerissime & celeberrime spectatus & laudatus est, ab omnibus quasi dignus tanto honore, pro hac prouidentia pauperum, & uulgi.

EX CAPITE XLII.

Non quis cogiteret totam hanc historiam de Iosepho & descen-
su filiorum Israël in Aegyptū
et e fortuitam, sed ex præfinito consi-
lio Dei factam, diligenter recogitet pre-
cipua capita huius historiæ, nempe uia-
tionem Abrahæ Gen. 15. ubi Deus pre-
dixit Abrahæ, semē eius futuram esse
peregrinum in terra aliena. Et somni-
um Ioseph sup.²⁷ Ioseph ad summos
honores eueniendū esse. Ea duo quo-
modo Deus producit ad effectū, hæc
historia declarat.

Sunt autem huius capitinis præcipui-
loci. Primus quomodo filij Iacob pro-
fecti sunt in Aegyptum emere frumenta,
& quid illis ibi acciderit, quomodo
Ioseph diuīmulans eorum cognitio-
nem, insimulauit eos explorationis,
ut ita caperet occasionem omnia cog-
noscendi de patre & fratribus, & ma-
xime ut cōprobetur uerus de suis so-
nijs,

A P H O R I S. IN G E N. 597

mnijs, utq; adigerentur fratres ad pœnitentiam de sui uenditione, & reciperentur ad gratiam. Secundus Ios; narrat quomodo ad patrem reversi sunt relicto fratre Simone obside, de perducēdo fratre iuniore Beniamin.

Principalis causa quæ impulit filios, Jacob descendere in Aegyptum, fuit famæ, & studium emendi frumenta. Lyra autem aliam causam affingit nō absurdam tamen, quod fratres Ioseph iussi descendere in Aegyptum tacite, simul intenderint inquirere de uendito fratre Ioseph, ut eum patri reducent, ideoq; eos omnes plateas peruvagatos, unde postea sumpsit Ioseph occasionem insimilandi eos exploratio nis.

Ad Ioseph autem cum uenerant, in, 4 ter ceteros emptores nescientes adorat eum quasi præpotentē Dñm terre, hoc

hoc est inclinant se ei usq; ad terrā exhibita reuerentia. Ioseph autem statim agnoscens eos, dissimulat notitiā sui, quasi ignotus per interpretē durios loquitur, animo repetens sua somnia, ut omnia perfectius exploret, & maxime dum uidet abesse uterū fratre suum Beniamin, ueritus ne eum quoque ē medio abstulerint, aut diuendierint ut se.

5 Quod non agnouerint eum facilis ratio est, quia imberbis adolescens uēditus est, iam autē barbatus uir est insigniter decoratus. Præterea quis unquam suspicatus fuisset, eum in tā breui tēporis spacio, in terra aliena, ad tātos honores prouectum esse? Certissima autem ratio est Dei dispositio. Deus ipsorum tenuit oculos ne ipsum agnoscerent, ut ad ueram pœnitentiam perducerentur, & tanti peccati erga fratrem & patrem remissionē à Deo consequerentur. Ad triduum coniicit eos

eos simul in carcerem, quemadmodū
ipsi eum in cisternam coniecerunt.

Non uult solis uerbis habere fidē,
nisi ipsa factis probent, ideoq; postu-
lat adduci fratrem minimum, eiusq; lo-
co obsidem ex eis unum in uinculis re-
tinet. Simeonem uidelicet, fortasse ip-
se eum antē primū ligauit & in cister-
nam coniecit. Ita omnium rerum uicis
situdo est, & nos admonet ne quis in
alium durius seuiat, fieri posse, ut ipse
rursum in eius aut alterius manus inci-
dat, & multo duriora rependat. Nec
cogitet temporis prorogatione pœ-
nam intermitti. Deus est longanimitis
& uindicem oculum habet. 22. anni in-
terlapsi sunt inter uenditionē & hanc
tribulationem.

Hæc aduersa agnoscunt non casu
accidere, sed iusto iudicio Dei de pec-
cato seu uendito fratri, ideoq; palam
inter se confitentur peccatum suum,
non arbitrantes hoc posse Ioseph in-

Qq tellis

telligere dum per interpretem loquebatur.

8 His conditionibus redeunt ex Aegypto in Chanaan ad patrem, ut nisi uelint insimulari explorationis, adducant secum fratrem iuniorem Beniamin, pro quo in vinculis retinuit Ioseph obsidem Simeonem.

9 Quid iam inter uias collocuti sunt, quod facile poterit cogitare, ne peccati libi de nulla exploratione esse conscientes, & ab eo crimen alienos facileque partes suas defensuros. Sed hoc eos maxime sollicitos habuit, quomodo patri persuadeant de permittendo Beniamin, quem nisi secum adducant non possunt redire & emere frumenta, nec Simeon dimittetur ex carcere. Ita uersantur in medijs angustijs. Pater ergo dimittet Beniamin, propterea quod eius frater non superest, quem ipsi in medio abstulerunt, quae mala conscientia eos maxime grauat, summa,

ma, aut Beniamin adducendus est, aut Simeon ibi manebit in vinculis, et per Petuus seruus actadem dabit poenas explorationis, siatque ita uxor eius uivedua & filii eius orphani, & ipsi nunquam possunt redire ut emant frumenta.

Hæc omnia mala nascuntur ex uenitione fratris, de qua Dominus iustas requirit poenas. Ita perducuntur ad ueram poenitentiam de uenito fratre, de cōtristato patre, de sua inuidia. Similiter & Simeon in vinculis uerā agit poenitentiā de occisis Sichimitis, de coniecto in cisternam fratre.

Domum reuersi recitant patri omnem huius itineris euentum, quomodo sunt de exploratione accusati, & quod pro eius criminis purgatione adducendus sit frater minimus, pro quo Simeon est obses. Et quod magis eos exterret, singuli suā pecuniam reperierunt in fassis, unde fortasse captat major occasio eos accusandi.

Qq 2 To

12 Totum tandem negotium hæret apud patrem de mittendo filio Beniamin, id recusat, postquam ipse solus restat de charissima sua uxore Rachel. Itaque protrahitur tempus, sed tandem ipsa necessitas famis protrudit & cogit eos redire in Aegyptum, postquam non erant aliunde alimenta conquirenda. Ita mirabiliter Dominus promovet suum propositum, quod prius Abrahæ reuelauit, de filijs suis futuris extorribus in terra aliena.

EX CAPITE XLIII.

I Occuput describit redditum et secundum descēsum in Aegyptum, & quomodo adducto fratre se de intētato crimine expurgarint, & humanissime à Ioseph, sed nondum cognito, excepti sunt.

2 Pater urgente necessitate famis, iubet filios suos proficisci in Aegyptum frumenta, ipsi obuerunt conditionem de adducendo fratre Beniamin,

min, sine quo omnino non possunt abire. Pater difficilime potest persuaderi. Iudas obstringit se dura cōditione, se reducturum eum saluum.

Tandem persuasus pater permittit 3
Beniamin simul proficisci, & iubet ali
quot dona unā cū pecunia auferre se
cum ad placandum Dominum frumē
tarium, ut flexus fiat clemētior, remit
tatq; eos simul redire. Quod ut fiat be
ne precatur illis, ut Dominus uelit rē
bene fortunare.

Et quod inquit, ego interim ero qua 4
si orbatus filijs, bifariā accipi potest,
primum uobis absentibus simul omni
bus protectis ero quasi liberis orbus,
& uere sentiā, quid sit orbari filijs. Se
cundo accipi potest quasi prophetico
spiritu prēuidēs fieri posse, ut & ipsi si
mul omnes ibi detineant & sic reuera
orbetur filijs, quod quoq; postea acci
dit, nam insimulato furto, Ioseph eos
reducere iussit, de furto conuicit, & ip

Qq ; si

si sese obstrinxerunt perpetuo serui-
tio.

¶ Et quæ altera pars est huius capititis
accinguntur ad iter, apparant cōmea-
tum, & dona quæ ferant Domino fru-
mentario Ioseph, simul & Bēiamin,
cum duplicata pecunia pro frumentis,
ut ita se de insimulata suspicione et cri-
mine exploratorio exoluant, bene cō-
fisi proficiscuntur, ueniunt ad Ioseph
læti inter uias de redimento fratre Si-
meon, & cum gaudio se reuersuros, id
quidem factum est, sed interim ualde
acerba acciderunt.

¶ Ioseph uidens eos esse reuersos, lu-
bet œconomō suo ut eos recipiat ho-
spitio, benigne tractet, apparet pran-
dium, ipsos esse secum pransuros, in-
terim abit executurus regia negotia
fortasse.

¶ Oeconomus iussa Domini exequi-
tur, excipit & introducit eos. Ipsi autē
introducti præter morem, extimescūt
ne

ne forte hoc fiat propter pecuniam quam in saccis repererunt, ne forte illic insimuletur furtū, & propterea introducti obruantur, & perpetuo servitio destinentur. Nam quod metuāt aliud non est. De simulata exploratione iam se, adducto fratre minimo, purgant. Ica hic incidunt in metū, ne quod dixit pater fiat, ut ipse orbetur filii, et ipsi ex liberis fiant perpetui servi. Atque ita uorsuram soluunt, exuti priorē metu, incidunt in alium.

Propterea expurgaturi se, accedit ad oeconomum, narrant euentum pecunia, & offerunt se ad solutionem. Oeconomus fortasse iam ab hero Ioseph instructus, dissimulat pecuniam, iubet esse quietos & bono animo, se suam pecuniā accepisse ait diuina pruidentia factum esse. Nam si fateretur innotuisset, herū struere insidias & captiones, quod esset præter decorū viri boni. Quām solerte disposuit rem lo-

Qq 4 seph,

seph, ut fratres suos rursum exerce-
ret. Et quod inquit œconomus Deum
hoc fecisse, apparet hunc et totam fa-
miliam Ioseph fuisse piam, & in cog-
nitione ueri Dei instructum.

9 Postquam iam eos introduxit, edu-
cit ex carcere Simeonem, lauat pedes,
& cætera hospitalitatis officia exhi-
bet, ita intra spem, metumq; sunt con-
stituti. Interim dum redit ad prandium
Ioseph, parant sua dona, quæ offerant
Domino frumentario, ut eius animū
flectant. Munera crede mihi placant
hominesq; deosq;.

10 Ioseph ad prandium ab officijs re-
gijs reuerso offerunt munera, adoran-
tes eum cernui & ad terram usque de-
missi. Ita quod nolebant sponte admit-
tere dum prædixit Ioseph, iam cogun-
tur necessitate facere cum magna an-
gustia. Ita ludæi nolentes ultro Chri-
stum suscipere sua cum fœlicitate &
honore, coguntur iā necessitate ipsum
Domini

Dominum agnoscere, & adorare, in
diuina maiestate cōstitutum cum suo
magnō dedecore & angustia.

Ioseph autem quoniam est frater, fa
miliarissimē eos salutat et excipit qua
si uiros bonos, apertos & honestos,
qui se ex intētato crīmine exploratio-
nis constanter exoluerunt, rogat de
patre, respondent, bene, cum summa
reuerentia. Ita oportet montes illos
humiliari, & ualles impleri seu exalta-
ri. Deinde interrogat de fratre mini-
mo, quo conspecto, & benedicto, ex-
estuat cor præ amore uterini fratris, et
de uenditione sui alieni, nec potuit Iō
gius continere lachrymas, festinat &
quarit ubi seorsum fleat, dehinc lo-
ta, & abstersa facie dissimulat lachry-
mas, & iubet prandium parari, & ster-
nere mensas.

Mensæ cum discriminē apparātur, 12
una mensa Ioseph, ut Domino, uxore
& filijs, una fratribus eius hebræis, &

Q q 9 una

una Aegyptijs qui domi suæ secū prāfuri erant. Aegyptij cum hebræis non sumunt cibum, causam aiūt esse de discrimine ciborum, & quod erat eis ualde mirum, collocat eos ad mensam secundum cuiuscq; ætatem, id aiūt ipsum ex augurio cyphi fecisse, ut ita strueret pares ceuen ad futurā cyphi subractionem, & sumeret occasionem eos longius exercendi. Idem nobiscum agit Dominus defunctis una tentatione, meditatur de alia.

13 Apponebatur illis cibus de mensa Ioseph in signum singularis familiaritatis, quod ut boni viri se de suspecto criminе exoluerat. Sed Bējamin quin quies auctior portio dabatur, quia erat nouus hospes, ab ipso Domino expeditus & desideratus, atq; ut expiretur an etiam ipsi inuiderent eius felicitatem præ se. Biberūt & inebriali sunt cum eo quasi iam boni amici, & nō exploratores, exuti omni metu. Sed misra

ta fuit in Iosepho constantia, quod e
brius nihil omnino efficiebat de se in
ter pocula.

EX CAPITE XLIII.

Non habet hoc caput admodum multos & difficiles locos. Primus est de insimulatione furti, qua occasione uolebat Ioseph fratre trem suum Beniamin apud se retinere. Secundus locus refert quomodo Iudas, qui erat fideiussor pro Benjamin, recitata stipulatione, sese statuit pro seruo, loco Beniamin.

Primi loci argumētum est, quod Ioseph omnia ad eum finem dirigit, ut fratrem suū Beniamin apud se retineret, & ad honores eueheret, inscijs alijs fratribus, ideoq; exercet eos de insimulato furto, & maxime Beniamin cōuincit de furto, ut ipsum pro seruo retineret.

Hæc dum tentat Ioseph, ipsi fratres interim conisciuntur in summas angustias,

stias, & de peccato uēditionis eius ex animo pœnitent, confiteturq; hāc angustiam inde causari.

4 Non est ergo Ioseph huius angustix causa, sed ipsimet. Ioseph simplissime querit fratrem apud se retinere incognitis fratribus. Id quoniam fieri non potest, ideoq; coartantur.

5 Proculdubio œconomus Ioseph nō solus persequebat eos, sed assumpsit alios plures quibus posset eos uel incogere & reducere.

6 Primum accusat eos ingratitudinis quod præterquam emerant frumenta, sunt quoq; humanissime excepti conuicio ab hero suo, pro hoc beneficio rependunt hanc ingratitudinem, & furentur non uulgare quicquam sed ipsum cyphum Domini, eumq; quo solet augurari. Id ita appetet quasi inter conuiciandum furati fuissent. Hinc appetet ipsum humanissime eos tractasse, & alios multos argenteos cyphos apposuisse. Pur-

Purgant se de furto per argumentū ⁷
 à maiore. Quod si eam pecuniam retu-
 limus ex Chanaan, quam prius offen-
 dimus in saccis, quam tu nō agnoscis
 esse tuam, quomodo ergo iam furati
 fuissimus.

Astringūt se ultro, antequam sit in-
 quisitio, facta inquisitione conuincit
 eos furti, adeo c̄zeum quē maxime ser-
 uatum & reductum uoluerint, circa
 quem uersabatur totum negotium pa-
 tris, qui magnis precibus & difficul-
 ter erat à patre impetratus, quē c̄p scie-
 bant eius sceleris de uendito fratre in
 noxiū.

Secūdus locus est summaria, & bre-
 uis repetitio seu recapitulatio superio-
 ris historiæ, qui Iudas breuiter recitat
 totum negotium, quam difficulter hic
 frater minimus à patre sit auulsus, &
 nisi restituatur patri uiuus & saluus,
 periculum esse de uitâ patris. Itē quo-
 modo ipse fidem iussorit pro reducen-
 do

do fratre, cuius loco hic se statuit; & offert spontaneum seruum, quæ est huius orationis seu narrationis proposi-
tio & conclusio.

10 Obiter hic quoque obseruanda est sae*gymnus*, geminus & naturalis ille amor; quo afficiuntur parētes erga liberos, & liberi erga parentes, quod secundū Deum liceat parentes amare suos filios, hunc amorem concedit Deus, & scriptura commendat hoc loco; & in libro Tobiae. Item in Maria de perditō suo filio ad triduum, Lucæ secundo. Supra Deum autem damnatur, ut inquit Christus Matthæi decimo. Qui amat patrem aut matrem, uxorem aut filios plus quam me, non est me dignus.

11 Non finxit Deus homines trun-
cos, aut lapides, ut nullis moueren-
tur affectibus quemadmodum *Æsopys*
Philosophi Stoici uolunt homines esse

esse ab omnibus affectibus alienos.

Eius amoris finem statuit Deus seipsum, ut in ipso terminet omnis amor, ut præ ipso quicquid quantumvis chara relinquimus.

Et quod ingt patrem præ dolore ¹² moriturum esse, nisi redierit Bēiamīn, quoque ad sōgyn̄ spectat, ex cuius subita & insperata mutatione, οὐμῆλα
hoc est accidentalis passio, morbus, & mors sequi solet, ut scribunt medici, & historici affirmant, Valer. Max. lib. 9. cap. 12. de duabus mulieribus.

Valde miror hic Beniamīn puer ¹³ rum appellari cum triginta annos natus erat & habuit uxorem & filios decem, ut infra quadragesimo sexto capite scribitur in descēsu in Aegyptū, ubi recensetur catalogus filiorum & nepotum Iacob.

Hac narratione plane pmouebitur ^{10.}

Ioseph, ut se longius continere nō pō tuit, & quod intendebat non poterat perficere, nempe fratrem suum Beniamīn apud se retinere, se suis fratrib: in cognito. Sed postquam audit patrem non posse dimittere hunc filium, tunc exundat cor, lachrymæ largissime erū punt, & patefacit se fratribus, ut in sequenti sequitur capite.

15 Nec prætereundus est insignis ille locus pœnitentiaæ, ubi pariter omnes, & singulatim hic Iudas omnem hanc angustiam & tribulationem refert ad peccatum fraternæ uæditionis, iam ante 22 annos commissum, nunc primū à Dōmino requiri & puniri, per hūc Ae gyptium Dominum. Quid putas intē rim passi sunt à ppria carnifinaria cō scientia? Et maxime hic Iudas ex confessio confitetur delictum suum, qui erat huius uæditionis cōsultor. Quid cogitassent impi: plane indurati dissimulassent delictum, & tacite cogitas sent

sent de uindicta & talione data opor-
tunitate & occasione. Hoc differūt pīj
ab impijs peccatoribus.

EX CAPITE XLV.

TOtius capitīs duo sunt loci. i
Primus, de cognitione Ioseph
cum fratribus suis, & familia-
tissima reconciliatione delicti uēditio-
nis. Secundus, De Iosephi & Pharaonis
cōsilio ut Iacob cum cāteris filijs,
totaē progenie commigret in Aegy-
ptum.

De primo loco. Postquam Ioseph
fratres suos satis exercuerat, uiderat
& audiuerat publicam ipsorum con-
fessionem & pœnitentiam de sui uen-
ditione, & maximē dum audit Iudam,
(qui erat sux uenditionis autor & con-
sultor,) se statuere loco fratris Benia-
min perpetuum seruum. Item & fideli-
tatem ipsorum erga fratrem suū Ben-
jamin, quem non uoluerunt ex simili-
leuitate & odio relinquere quēadmo-
Rr dum

dum ipsum uendiderat, nec patrē amplius cōtristare, quin patris dolorē & mortē p̄ ipsum stare, si retineat fratrē ipso incognito, exēstuat ex cōpatientia cor & magno cū fletu se patefacit.

3 Ante quām cognoscereūt à fratribus, iussit prius exire Aegyptios, non quod ipsum puderet fratribus suorum sed eos apud alios, & postea per famā apud regem ipsum de sui uenditione, nam sceleratissima res est, ein erloss sturcke, plagiariū esse, hoc est ex liberis seruos facere & uendere. De hoc sceleto notare & infamare suos fratres noluit, & maximē dum intēdebat eos in Aegyptum perducere. Vix hoc fieret ab alijs quantumuis pijs, quin publice obijcerēt, & exprobarēt additis minis et contēptu, & maximē si ad honorem eiuscti fuerint ut Ioseph.

4 Et quod cum clamore fleuit, declarat intimam suam erga fratres cōpatientiam de ipsorum peccato, & suum erga eos amorem.

Frat-

Fratres exterrescūt ex subita, inspe
tata, & inopinata lætitia, quod durum
illum Dominum, iam clementissimū
& familiarissimum fratrem agnoscūt.

Iubet eos accedere proprius in sig-
num ueræ recōciliationis, & addit cer-
tam sui notam, nēpe ego sum Ioseph
ille quem uēdidisti in Aegyptum, hoc
nemo sciuit nisi ipsimet inter se. Ne-
que hoc dicit ad exprobrandum, sed
ad uere cognoscendum.

Atq; ut uere & perfecte eos conso-
letur, & omnem excutiat ex animo
mōrorem, trāsfert omnem huius rei
effectū in Deum. Iubet ne propterea
toruo uultu se se mutuo conspiciāt, &
alius alijs huius uenditionis culpam im-
putet, neue cogitent se propterea in
eos irasci & altum odium repostū ser-
uare. Sed diuina dispositione factū es-
se, pro ipsorū salute, ut ita ipsi in hac
penuria seruentur & enutriantur. lu-
xta illud Psal. nutrit suos in fame.

Rr 2 Item

- 8 Item Dominum mala ipsorum studia, in eius ipsorumque salutem conuerisse, & ex seruo liberrimum Dominum, adeoque talem qualem non habet similem aut secundum tota Aegyptus, ut sit pater & proximus, citra cuius consilium & consensum nihil efficit rex, cui commisit totam administrationem & gubernationem totius regni. Adeo uerū est, Rom. 8. quod timetibus in Deum, omnia cooperantur in bonum.
- 9 Postquam autem declarauit suam in Aegypto gloriam & maiestatem, hortatur ut properent ad patrem, ipsi hæc reuelent & renuncient se uiuere & esse potētem Dominum Aegypti, ut maturet aduentum ad se, ne fame pereat.
- 10 Atque ut euidentius se patefaciat, ne quid de eius persona dubitent, appellat sese proprio suo nomine Ioseph, q̄ hactenus alio officiū & dignitatis nomine

mine appellatus est à Rege & Aegyptis. Præterea se iam patria lingua & sermone loqui coram, sine interprete ut antea fecit.

Insuper quoq; ut animi sui candore 11
penitus effundat, ruit in collum & cōplexum fratris sui Beniamin', deinde osculatur omnes fratres, & largissimas lachrymas effundit præ nimio amore, se tandem redditum esse suis fratribus.

Item & frater Beniamin lachrymatur in complexu Ioseph se tandem fratre suum uterinū uidere, quem iam antè puer uix agnouerat, de cuius misera (sed simulata) morte sape doluit, & conquestus est.

Postquam autem uiderant tam euidentia testimonia sui fratris, & audierant familiarissimam remissionem de licti, loquuti sunt fratres cum ipso cōfidentius, fortasse quomodo ad tātos honores peruererit.

14 Mysteriū huius loci duplex est, spe
ciale & generale. Primum de Christo
& Iudeis, quem postquam propter in
uidiam crucifixerant, occiderant et ip
se tertia die cum gloria resurrexerat,
ad cœlos ascenderat & Spiritum san
ctum discipulis miserat, ipsiqz Aposto
li confidenter & constanter prædica
uerunt Iesum esse uerum illum diu ex
pectatum Messiam quē crucifixerat,
ipsiqz compuncti corde & consterna
ti interrogabant quid faceret. Petrus
exteriqz Apostoli illos benignissime
consolati sunt, prædicauerūt illis pœ
nitentiam & remissionem peccatorū
in nomine Iesu Christi, atqz in eius rei
certā confirmationem unusquisqz ba
ptizaretur, Actorum. 3.

15 Generaliter autem hic locus intelli
gi potest de officio & effectu legis &
Euangelij, erga quemuis hominem.
Lex primum nos propter peccata no
stra accusat, augit, reos agit, constrin
git,

git, damnat, & in extrema pericula cō
ducit, ad eum finem ut nos ad pœnitentia
m, & confessionem peccatorū no
strorum perducat. Vbi hoc effecerit,
tunc accedit Euangeliū, consolatur
nos, & benignissimo spiritu nos am
plicet, exosculat, prædicat remis
sionem peccatorum nostrorū & gra
tiam Dei, additis certis gratiæ notis,
sacramentis.

Secundus locus continet familia,¹⁶
rissimum & fidelissimum cōsilium Ioseph & Paraonis, ut Iacob cōmigret
cum tota cognatione sua in Aegyptū,
& quomodo propterea dedit asinos,
& cur rus quibus ueherentur. Itē quo
modo hæc acta Patri reuelauerint.

Ad summam & sufficientem gratiæ¹⁷
significationem, & fraterni sui animi
confirmationē singulis dat uestes mu
tatorios seu festiuas, singulatim autē
dat Beniamin 300 argenteos & quin
que uestes festiuas. Patri autem 10 asi

nos onustos donis , & 10 asinas onus
tas frumento, insuper & currus qui
bus reuehant ipsum, eius familiam, &
substantiam.

- 18 Similiter & Christus ad paternæ gra
tiæ confirmationē misit et dedit nobis
Spiritum sanctum omnium gratiarū
fontem, thesaurum, autorem, & pa
trem.
- 19 Quod autem prohibet ne inter vias
rixentur, timet ne inuicem criminem
tur, & sui uēditionis culpant inuicem
imputent, & inde in discordiam, odia,
& uulnera incident. Ne uie huius rei fa
ctum suo sceleri imputent, sed benignissimè
dispositioni diuinæ ascribant,
& referant acceptum, cum gratiarum
actione.
- 20 Ita & Christus non uult Iudeis suæ
crucis & mortis scelus imputari mo
do pœniteant, dum per illud opus, ip
sis, & toti mundo salus contigit.
- 21 Reuersi autem ad patrem ex Aegy
pto

pto in Chanaan narrant omnem rem
gestam, nempe Ioseph adhuc uiuere,
& ipsum simul & regem Pharaonem
iubere, ut ppter præteruationē à fame
cōmigret cū tota familia in Aegyptū.

Ecce iam hoc longe aliud uerbum ²²
est, quām quod antè dixerant et hacte-
nus per 22 annos, nempe Ioseph misera-
re delaceratum esse à bestijs. Illud fuit
luctus, hoc iam est gaudij. Illud fuit le-
gis, hoc iam est Euangeliū dictum. Ita
ueritas quamvis diu occultatur, tan-
dem tamen emergit.

Quia fronte, quo uultu iam hoc di- ²³
xerint. Non certe alio, quām in uera
delicti confessione & poenitētia, quo-
modo præ inuidia ipsum uoluerint oc-
cidere, & tandem uendiderunt in Ae-
gyptum, & ad quantos honores ipse
interim euectus sit, ut sit secundus à
Rege.

Pater autem primum nudis uerbis ²⁴
difficulter credidit, nam si uixisset re-
Rr 5 dr̄sset

dijsset utiq; intra 22 annos. Sed dum ui-
dit currus, et asinos, & asinas ferentes
frumenta, & dona. Tunc reuixit spiri-
tus eius, credidit, & refocillatus est à
magno illo luctu filij. Pro magna feli-
citate duxit Ioseph adhuc uiuere et ip-
sum se uidere, ut Simeō quieite obdor-
miant postquam uiderat Christū Do-
mini, Luc. 2.

25 Summe mirandum est, quod Domi-
nus sinit hunc Iacob per totos 22 an-
nos præter certificationem & conso-
lationem de filio suo Ioseph uendito,
uiuo, saluo, & felici. Respōdeo: Quia
non consuluit Dominum de Ioseph,
sed simplicissime credidit filijs, ipsum
esse dilaceratum. Item & summa duri-
tia fuit filiorū, qui per 22 annos ne se-
mel quidē indicarāt patri de fratre &
peccauerūt certe mortaliter, dānatiq;
fugissent nisi egisset pœnitentiā. Hęc
sunt exēpla summę misericordię Dei.
Item Dominus hac ratione uoluit po-
steris

steritatem Abrahæ perducere in Aegyptum, Gen. 15.

EX CAPITE XLVI.

 Ontinet hoc caput tres preciū puos locos. Primus est de cōmigratione, seu profectione Iacob in Aegyptum, & quomodo invocato Domino, certificatus sit per vocale uerbum Dei de hac profectio-ne. Secundus continet genealogiā Iacob, seu catalogum filiorum & nepotum eius, secum descendantium in Aegyptum. Tertius locus describit quomodo pater Iacob exceptus sit à Ioseph, & quid dederit suis fratrib. consilij.

Iacob ex subito gaudio proficisciēt ex Hebron ubi habitabat, cum uenitus fuerat Ioseph. Sup. 37. & uenit usque Bersaba ubi erāt fines terrę Chanaan. Ibi autem redit in memoriā profundior meditatio de promissione tere, ne hac sua profectione, & emigratione

tione fiat ut excidat à promissione, & tota sua posteritas frustetur de possessione terræ. Ne ita præcipiti hac festinatione sibi & suis damnum det, & peccet in hac tentatione cōtra Dñm. Hæc aut similia cogitasse, sequens cōsolatio Dei satis indicat. Itaq; priusq; excidat limites terræ, inuocat nomen Domini, consuluit ipsum de hoc itinere, atq; ut uelit esse felix & prosperum.

3 Aut fuit fortasse sollicitus de crebra circumuagatione, & locorum mutatione. Item de periculis occurseris in Aegypto, reuocans in memoriā, quæ acciderant auo suo Abrahæ, ut Deus uelit aliquando confirmare suas promissiones, & dare certas, quietasq; sedes. Ratio sacrificiorum apud patriarchas hæc fuit, Patriarchæ utruncq; officium gubernandi & docendi sustinuerunt, die sabbati conuocabant suam progeniem ad altare, ibi primū habebant

bant concionem de promisso benedicto semine, & terra Chanaā, ut fidem confirmarent. Deinde fiebant sacrificium, & inter sacrificandum oratio.

Post tam uehementem temptationē, 4
solicitudinem, & inuocationem Dei,
non destituit Deus Iacob, sed benignissime consolatur uocali colloquio.
Primum uocat nominatim, quod suorum nouit nomina, & scripta habet in libro uitæ. Iacob respondet se attente auscultare. Dominus inquit primum se esse Deum, non nocturnum phantasma, nec Deum gentilem, sed Deū patris sui, quæ est descriptio ueri Dei,
& certificatio ad sequentia. Deinde meminit præsentis negotij. Ne formidet in Aegyptum commigrare, nō forte ut illic obruatur & attenuetur eius progenies, sed latissime amplificetur.
Præterea promittit se simul cōmigratum & ibi ad futurum esse, daturum felicitatem et successum. Et postea (ut

con-

cōfirmētur promissiones , reducturū
esse in promissam terram Chanaan.
Atq; Ioseph executurum esse sibi ex/
tremā.

5 Hæc omnia referenda sunt ad locū
superiorem Gen. 15. ubi prædixit Do/
minus Abrahæ progeniem suam futu/
ram esse peregrinam in terra non sua.
Hæc iam sunt in actu & effectu.

6 Hoc oraculo cōfirmatus, bene quie/
tus accingit unā cum suis ad iter. Do/
cet nos, ne in primis motibus nimium
festinemus, quin semper consultū ha/
beamus Dominum, eius uerbū, suīc
uerbi ministros. Item ut uocationes di/
ligenter conferamus et expendamus,
ne posterior uocatio, priorem propel/
lat. Nam prior uocatio de terra Cha/
naan possidenda erat Dei. Hæc tantū
erat hominum, Ioseph & Pharaonis.
Ne tentatiue exerceat nos Deus.

7 Secundus locus nullas habet diffi/
cultates , tantum recitat catalogū seu
genea/

genealogiam filiorum et nepotum Iacob, qui nati sunt ipsi intra 46 annos, nempe 70 exceptis uxoribus, seruis, & ancillis. Inter hos tantum recitatetur mortui Ger, & Onan filii Iuda.

Dina connumeratur in descensu in Aegyptum, ergo non est tradita nuptiis Iob, ut quidam uolunt, nisi postea sit ipsi copulata, & reducta ex Aegypto.

Miror quod proxime superius & hoc eodem anno Beniamin appellatur puer cap. 44, cum tamen hic sit conjugatus, 33 annos natus, & decem filiorum pater, quot filios nullus fratum habet. Puer fortasse dicitur quod natu minimus fuit, & cum patre cohabitauit.

Anima hic capitur pro toto homine, potior pars pro tota substantia. Item anima pro corpore animato. Anima seu cum corpore nascit & propagat. Sed Spiritus, (hoc est cognitio Dei) infun-

infunditur per auditum uocalis uerbi,
in fide suscepti.

11 Tertius locus docet quomodo Ia-
cob cum filiis suis peruenit in Aegy-
ptum usq; Gosen & ibi exceptus sit a
Ioseph. Gosen est primus introitus
terrae Aegypti, ibi quieuit ab itinere et
misit Iudam ad Ioseph nuntiatum de
suo, suorumq; aduentu, ut indicet lo-
cum habitationis.

12 Iudam misit, quod erat facundior,
et heroico animo predictus, qui iam an-
te cum Ioseph familiarissime locutus
est, & sua oratione permouit ipsum ut
se patefaceret.

13 Ioseph præ gaudio & reverentia sū-
git currum, & occurrit patri, ruit in e-
ius amplexum, & largissime flet præ
gaudio ex mutuo conspectu iam diu
desperato.

14 Jacob iam conspecto Ioseph discu-
tit omnem ex animo moerorem, & in-
quit mortem iam sibi quietiorem fore.
Quem,

Quemadmodum senex ille Simeon in
quit conspecto Christo Luc. 2. Nunc
dimitis seruum tuum Domine, secundum
dum uerbum tuum in pace.

Deinde consulit illis quid responderent
Pharaonis si interrogauerit eos
de ipsorum negotijs, nempe quod sint
χωρικοί hoc est uulgares & plebei ho-
mines, rustici, pastores. Ut ita cohabitent
in Gosen in loco pascuoso, seorsim
ab alijs Aegyptijs, ne commisceantur,
& progenies dispergatur,
ne uie ad gentilissimum Aegyptiorum
degenerent.

Quod autē addit abominabiles esse
pastores apud Aegyptios, non ita ac-
cipiendum est, quasi fugiant ipsorum
conuictum, sed quod non admittatur
ad honesta & liberalia officia aut opifi-
cia, quemadmodum etiā apud nos,
pastores, molitores, portatores, &c.

Mysterium.

Quemadmodum hic Iacob cū sum
Ss ma

ma lætitia reuidet charissimū Ioseph
in summa gloria quem putabat à fera
pessima laceratum. Ita nos omnes pi-
os nostros amicos, quos mala bestia,
mors, deuorauit, & carcer sepulchri
clauerat reuidebimus in altera terra,
in magna gloria, apud Deū in cœlis.

18 Verissime predicit David de Deo,
quod sit pater orphanorū, &c. Iacob
nunquam potuisset euexisse Ioseph
ad tantos honores si apud ipsum man-
sisset, & ipsum studiosissime curasset.

E X C A P I T E X L V I I .

I Res sunt huius capititis loci p-
cipui. Primus continet procu-
rationem certæ habitationis,
& liberi uictus filiorum Israël in terra
Gosen. Secundus breuiter complecti-
tur statum & negotia totius terræ Ae-
gypti in reliquis annis famis. Tertius
est parafœue ad finem historiæ, & hu-
ius libri nempe ad mortem Iacob.

Postquam excepit, salutauit, oscu-
latus

Iatus est, et consilium dedit Ioseph fratribus suis quomodo se gerat coram Pharaone, accepit secum quinq; de insimis, rudioribus, & ignobiliorib. uiris ex sua progenie, & prefectus est cum ipsis ad Pharaonem, iudicaturus ei, secundum eius mandatum aduenisse patrem, fratres, totamq; progeniem, cum omni familia & iumentis.

Magistratus uirum arguit. Honor, si secum attollit animum, tunc ipse insolentior factus, rursum per preceps trahit honorem. Ioseph autem in tanto honore modestus, alloquitur regem & roget locum pro suis, docet honore euectos submissionem animi iuxta illud Syrach: Quanto maior es tanto submissius te geras in omnibus.

Et pro certa demonstratione, statu it in eius conspectum quinq; uiros ex sua progenie, ut ipsi indicent suum aduentum, simulq; petant propter sua iumenta pascenda commorari in terra Gosen.

¶ Quare autem hoc est infi-
mos, seu rudiores sumit, id id eo facit,
nō ut inuideat suis fratrib. prestatiōri
bus, ad honores prouectum, nam si in
dustrios statuisset, proculdubio rex
eos prefecisset prefecturis, per totam
Aegyptū, & ita fuissent dispersi. Sed
magis respicit promissionem de terra
Chanaan possidenda, & ut ipsa pro-
genies maneret syncera in uero cultu
Dei, neue inficeretur idololatria gen-
tile, quæ ratio preferenda est omnibus
honoribus.

¶ Pharao aperit, & libere fruendam
permittit totam terram Aegypti, & iu-
bet Ioseph suo patri & fratribus elige-
re optimam partem totius terræ, quæ
quia Gosen est, iuxta Bubasticum flu-
uium, extremum brachium Nili, pro-
pter fertilitatem ex crebra exundatio-
ne Nili, iubet eos ibi habitare. Postq;
iam considerant & tentoria fixerant,
uoluit quoq; Pharao uidere Iacob pa-
trem

trem Joseph , eum adducit & statuit. Pharao humanissime excipit, & familiariſſime de eius ætate interrogat. Iacob prompte respōdet tria, nempe uitam suam esse peregrinam, paucam, et malam, appellat uitam suam, peregrinationem seu peregrinā uitam, respe-
ctu æternæ & patriæ uitæ in cœlis, quæ admodum inquit David Psal.39. Ad-
vena sum coram te cum omnibus pa-
tribus meis, item. 2. Cor:5. Quādiu su-
mus in corpore, peregrinamur à Do-
mino. Et Hebr̄os 13. Non habemus
hic permanentem ciuitatem, sed ali-
am inquirimus. Ideo Petrus admonet
nos tanquam adienas & peregrinos
1. Pet. 2. Aut respectu peregrinationū
& crebrarum mutationum, ex Chana-
an in Mesopotamiam, inde rursum in
Chanaan, & in ipsa Chanaan in diuer-
ſaloca, ex Chanaan nunc in Aegy-
ptum.

Appellat quoq; dies suos paucos, re-
Ss 3 spectu

spectu & statis patrum superiorum Ifaa
hac, Abraham, etc. Gen. 11. Quātum
uis hæc uita est peregrina, tamē est na-
turalis, & ideo appetitur eius proro-
gatio propter mortis abominationē,
dum non est de natura hominis.

¶ Tertio appellat dies uitæ suæ ma-
los propter uarias & magnas molesti-
as, primum capitali odio persequutus
est eum frater Esau, eum fugit in Me-
sopotamiam. Ibi seruiuit impio, duro,
& iniquo Laban ad 20 annos, inde re-
uersus metuit ab Esau, postea rapitur
& stuprat Dina, unde Sichem ite pre-
ter suam sententiam trucidantur. à su-
is filijs proximè extinguitur in partu
charissima Rachel. Deinde primoge-
nitus suus Ruben defœdat lectum e-
ius. Filij Iuda abutuntur uxoribus &
Dominus ipsos occidit. Iuda condor-
mit cum muru sua Thamar. Postea uen-
ditur (& sua estimatione à feris dilace-
ratur) charissimus filius Ioseph, mori-
tur

tur materfamilias Lea. Nunc autem
in extrema ætate per famem expelli-
tur ex promissa & patria terra, & co-
gitur uiuere & mori in terra peregrina.

Per pulchrum est Apophthegma Ia.⁹
eob de huius uite miseria quam tribus
uerbis complectitur, nempe quod sit
peregrina, breuis, & mala. Iuxta illud
Iob. 14. Homo natus de muliere breui
uiuens tempore, repletur multis mise-
rijs, &c. Singula si satis diligenter me-
ditaberis, pariunt nobis huius uite te-
dium, & faciunt nos anhelare ad æter-
næ, beatæ, & patriæ uitæ acquisitionē.
Et quantumuis erumnosa est hæc uita
utiq; tamen homo etiam pius, plus ap-
petit uiuere quam mori & delitere in
puluere terræ. Causa est quod uita est
de origine & natura hominis. Mors
autem est præter naturam.

Quod autem benedicit Pharaoni,¹⁰
docet nos egregio suo exemplo bene
Ss 4 pre-

precari, & orare pro regibus & magistratibus etiam in iapijs, dummodo sint politici, ut ipsorum beneficio et defensio bene fruamur in pace. Quod nos quoque facere admonet Paul. i. Tim. 2.
Idem & Ieremias 28. & Baruch. 1.

- 11 Vnius bene nati, industrii & p̄iū uiri felicitate, benefruuntur multi homines, et tota progenies gaudet. Ita quoque omnes Israēlitæ in tanta fame per Ioseph fauentur & uictitant, quasi filii sub patre.
- 12 Distribuit autem frumenta Ioseph unicuique familiæ secundum numerum puerorum. Ita benignus ille pater noster prouidet nostræ familiæ secundum numerum filiorum nostrorum, & dat quod sufficiat in singulos annos, idque non propter nos sed propter filios facit, qui sunt mente & spiritu puriores, & à diffidentia remotiores, animo hilariores, nos autem solliciti ipsorum procuratores fruimur ipsorum donis, ipsi sis

sis à Deo donatis, ipsi sunt hilares & liberi, nos autē solici et seruiles possessores & frumentores donorū Dei. Ea distributio adhuc esset æquior ut secū dum numerum filiorum plura deputarentur salariis ministris.

Secundus locus breuiter comple¹³
ctitur totam descriptionem annorum famis, quomodo tota terra ad extre^{mam} paupertatem redacta sit, ita ut Aegyptij præ fame coacti sunt omnia diuēdere, pecuniam, pecora, agros & seipso. Tam acuta est uirga Domini, eaq; cum gratia. Nam nisi hic adfuisse et Ioseph omnes mortui fuissent fame, ita multimali, unius boni felicitate benefruuntur.

Certum est Aegyptios propter suā ¹⁴
libertatem, & terrae fertilitatem nimirū fuisse delicatos, petulantes, uoluptuosos, superbos, temerarios, scelestos, & impios. Ad hæc uitia restringenda usus est Dominus hac uirga castigatrice, fame. ss § Ita

15 Ita Dominus per Ioseph & famem effrenes illos Aegyptios suo regi sub iugavit, adeoꝝ seruili iure subiecit. Et ipse Pharao dupli ratione confirmatus est rex & Dominus suorum subditorum, primum iure diuino ratione uocationis quod est cōstitutus rex & magistratus quod fortasse, ut fit, Aegyptij contempserunt. Secundo, iure possessioꝝ, quod ipsos emit ut mancipia, & seruos.

16 Inde fit at qui abutuntur sua libertate & felicitate fiant infelices serui. Cōtra qui fideliter seruiunt, conquirunt sibi libertatem, ut Ioseph.

17 Iā apparet quā frugi vir fuerit Pharaoni ipse Ioseph. Procurat totam terram frumento, cōgregat regi omnem pecuniam ex tota terra Aegypti, Chanaan & aliarum circumiacentium regionum. Conquirit ipsi omnia pecora. Deinde omnes agros, & ipsos homines emit in seruos regi.

Omnis

Omnis ager iam est regis, omnes ¹⁸
 homines sunt servi Pharaonis, iure ergo reposcit quintas à singulis agris.
 Durius hoc fortasse uidetur, respectu aliarum nationum ubi rustici aut mancipia tantum decimas, reddunt suis dominis. Duram hancleruitutē causata est prior petulantia.

Sacerdotes autem quamuis erant ¹⁹
 idololatræ, tamen pro ueteri & recepta consuetudine propter disciplinā,
 philosophiam & artes, ut Philosophi & Poëtæ erant exleges & libere alebantur à rege. Ergo uiri sacerdotes, prophetæ, pastores, et concionatores multo magis libere alantur à principiis et bonis ecclesiasticis, quod et Dominus certis legibus in ueteri testamento sanxit, et in nouo testamento ita ordinavit, ut qui euāgelio seruit, de euāgelio uiuat. Et qui laborant in uerbo, duplice honore digni habeantur.

Quantum ergo peccent qui cōpari cūnt,

cunt, & denegant statuta stipendia cō
cionatoribus, qui bona ecclesiastica
diripiunt, unde alerentur sacerdotes,
uideant & experiantur ipsi aliquan-
do.

21. Ab hoc onere seruili liberi fuerunt
filii Israēl, dum uixit Ioseph, postea au-
tem sunt per alium regem durissima
seruitute obruti et pressi, donec Deus
ipsoſ mirabiliter liberauit.

22. Tertius locus ut dixi continet para-
sceuen ad finem historiæ & libri, quo
modo Iacob mortuus sit in Aegypto,
& compleuit ibi 17 annos, ubi aut̄ pro-
pinquauit ad diem mortis suę, pacisci-
tur cum Ioseph filio suo de sua sepul-
tura & translatione in terram Chana-
an, in sepulturam patrum suorum.

23. Hoc pactum & iuramentum profi-
ciscitur ex certa fide erga promissio-
nem Dei, de possidenda terra Chana-
an, ut ita suam, suęq; posteritatis fidē
confirmaret, & secum in terram Cha-
naan,

naan, ipsam p̄ promissionem adducet quemadmodū Christus ascendens in cœlum, nostras mentes secum attrahit.

P̄ij cum p̄ijs libenter condormiunt, ²⁴
ut qui libenter conuixerunt. Quāuis nihil refert ubi iaceas inter medios impios, modo obdormias in Domino.

Dum iurauit Ioseph, erigit se Iacob ²⁵
& inclinat ad cœnital seu caput lecti, pro reuerentia iuramenti, & præfervita Dei, quia in omni iuramento aduocatur & citatur Deus præsens inspecto, auditor, & testis dictorum, & cōuentorum. Græca & Epistola ad Hebræos 11. habent quod Iacob adorauit sceptrū Ioseph, ut impleretur somnium Ioseph de sole & luna qui adorarent eum, Gen. 37.

Hic maxime culpanda & detestanda est nostra leuitas in iurando coram iudicio, aut alias ubi leuissime, sine negotio aut falso, sine t̄p̄ reuerentia iuramus,

mus, & abutimur sanctissimo, & revere
rendo nomine Dei, contra secundum
præceptum. Imo ipsi iudices & quot/
quot adsunt in iuditio surgerent, & ca/
put aperirent pro reverentia præsen/
tis Dei. Nec leuitet admitterent iura/
mentum, quia qui falso iurat non au/
feret inultum, Exod. 20.

EX CAPITE XLVIII.

- A**utum hoc caput uno preci/
puo loco cōficitur, nempe de
benedictione filiorum Ioseph,
Ephraijm & Menasse.
- 2 Postquam Ioseph uiderat patrē suū
Iacob iam fere clausurum diem suum
supremū, destinauit filios suos statue/
re patri suo ad benedictionem, magni
faciens paternam benedictionem, ut
simul sortirētur benedictionem illam
auitam, de possidenda terra promis/
sa, & semine benedicto, nempe Chri/
sto. Assumit ergo filios suos & profi/
ciscitur ad patrem.

Pater

Pater aut̄ ubi rescriuit aduentū filij, 3
 confortatus resedit in lecto expectās
 eius aduentum, cogitās causam, post/
 quam ipse postulauit capite superiore
 & stipulato iuramento, sepelire in au/
 to sepulchro, ne forte filius egre inter/
 rogaturus sit causam quare ipsa ma/
 ter Rachel nō sit in eodem sepulchro
 recondita cum tamen ipsa ei loco pro/
 prius sit mortua. Aut quod forte retrac/
 turus esset iuramentum propter lo/
 ci destinantiā & itineris difficultatē.

Placaturus filium, anteuertit ipsum 4
 statim primo ingressu, & statuit ipsos
 filios Ioseph adoptare in filios suos
 loco Leui et Ioseph, ut cōstet de nume/
 ro 12 filiorū Jacob. Præuidens in spiri/
 tu, ipsum Leui sacerdotali sorte exi/
 mendum esse. Deinde adducit proba/
 bilem causam, quare ipsa Rachel non
 sit sepulta in aucto sepulchro.

Primū exorditur à repetita benedi/
 ctione et pmissione Dei de possidēda
 terra

terra, quæ facta est sup. cap. 28. ut ita proprio, hæreditario, & possessuio iuri possit ipsam terram tradere possi- dendam, cuicunq; libet. Postea subi- git adoptionem filiorum Ioseph in locum filiorum Leui & Ioseph, traditq; illis ius hæreditarium æque ut alijs suis filijs.

• Proxime & breuiter adnectit proba- bilem rationem quare Rachel non sit sepulta in Hebron apud patres. Nem- pe quod reuersus ex Mesopotamia es- sat longo itinere defatigatus, & non tam ipse, q; sua familia, quæ tum mag- na ex parte erat adhuc pauca, tenuera & lassa, adductis multis gregibus & armentis, quæ non poterat tum adhuc peregrinus, retro relinquere & profi- cisci ad sepeliendum, dum locus sepul- turæ per aliquot miliaria distabat. Nec dicebat illi ipsam aromatibus condire & sic ad destinatum locum secū pau- latim deferre, sed ipsa necessitas coe- git

git ipsam eodem quo mortua erat loco sepelire, iuxta Ephrath, quæ est Be thlechē, unde ipsa cognominatur Rachel celeberrimo sepulchro, Ier. 31. & Matt. 2. Ita satisfacit filio ne quid que ruleſ de recusata auita sepultura, quæ tamen nō erat causa aduentus Ioseph. Sed quæ fiunt, Domino ita suggerente & uolente fiunt.

Ephrath nomen habet à fertilitate, 7 & uenit ab Epharah, quod est floruit, germinauit, fructificauit, fertilis fuit, quasi sit fertile solum, & terra uberæ glebæ, unde postea dicta ē Bechlechē quasi domus panis, ubi postea uerus panis, qui de cœlo descendenter Iesus Christus nascereſ, Matt. 2. & Luc. 2.

Dū ita loquitur Iacob cum Ioseph, forte cōspicit obscuro uisu filios eius, & accidit pro uoto utriuscq; & Iacob & Ioseph, nēpe Iacob uoluit adoptare sibi filios Iosephi, idq; iam opportunité accidit, quod in promptu adsunt fi

T t . lij.

lxij. Ipse Ioseph cupiebat ut sui filij fierent participes benedictionis Iacob, de possidenda terra Chanaā, & Christo, id quoq; pro uoto accidit ut nō solum ipsis benedicat, sed quoq; eos pro filijs adoptat.

• 9. Forma adoptionis & benedictionis eadem est, quæ fuit patris sui Isaac, nempe primum amplectitur & oscula tur, deinde impositis manibus benedit.

10. Ipsa autē benedictionis uerba sunt diligenter obseruanda, Primum per periphrasim describit uerum Deum. Deinde addit angelum qui ipsum custodiuit hunc putat Christum, magnū illum consilij & testamenti angelum, Malac.3.

11. Sed singulare contingens, & dispositio Dei est, præter uoluntatem Iosephi & nostram rationem, quod conuersis manibus iunior præfertur maiori, ne quid de iure , & prærogatiua glo rietur

rietur maior natu contra minorem,
se esse natu maiorem, ideo sibi deberi
maiorem benedictionem. Illud ius hic
Deus pro sua libera uoluntate inuer-
tit, sine tamen iniuria, nam utrisque et
que benedicit. Quem cui præferat, id
stat per liberam Dei uoluntatem.

Hanc manuum suarum couuersio-
nem Deus sæpius exercebat, & multa
sunt exempla in promptu, in Iacob &
Esau, in Dauid, & fratribus suis, in Es-
ther & Vasthi, in Phariseo & Publi-
cano, in Piscatorib. Apostolis & Pha-
risæis, in Iudeis & gentibus. Sunt &
plura alia domestica seu priuata exem-
pla ubi posteriores fiunt præstantio-
res. Quod indigne tulit Ioseph, id ad-
huc multi secundum rationem indig-
ne ferunt sed relinquenda est uolunta-
ti Dei sua libertas. Dauid in Psal. 77.
appellat mutationem dextræ excelsi.

Benedictionis proverbiū hinc ita
Tt. 2. cum

tum est, de singulari, & præter opinionem, benedictione, ut quamvis es natu minor, & iure posterior, Dominus tamen pro sua gratia & benedictione faciat te præstantiorem, & ponat testem Ephraim & Menasse.

14 Pro gratitudine, quod ipsum & totam suam progeniem gratis in tanta fame enutriuit. Et maxime pro confit manda fide de reductione & possessio ne terræ promissæ, dat Iacob ipsi Ioseph partem eius terræ iam propriam & iure bellico acquisitā, quæ postea forte cessit tribui Ephraim & Menasse.

15 Aut postquam filios Ioseph adoptauit in suos filios, & unâ cum filiis suis eos principes et heredes fecit promissæ terræ, ideoq; illis contribuit & & denominat certam partē terræ promissæ, cuius iam ipse secundū Dei promissionem rex est. *Wen der Kaiser einen zum Fürsten macht so muss er ihm auch ein landt geben.*

Ecce

Ecce quanta est certitudo promis-
sionis, & constatia fidei in Iacob. De-
git hic peregrinus in Aegypto, &
Chananei adhuc inhabitant terrā pro-
missam, nullumq; ferē, ut ita dicam,
uestigium habet proprium in ea terra,
utiq; tamen certus de certa promissio-
ne Dei, distribuit & dono partitur ip-
sam terram, quasi iam propriā, & pos-
sessam. Ratio hæc ridet vulgari pro-
verbio, das fell verkauffen ee man den bären
sticht.

Docet nos Iacob suo exemplo cer-
tos esse de promissione possidēdꝫ &
habendā uitā æternā.

EX CAPITE XLIX.

Iacob propheticō spiritu sin-
gulis suis filijs, dato testamen-
to, præagit futura de posses-
sione terrā promissā, quam partem
quisq; sortiretur in posterum. Secun-
dum rationē incerta, & aliena adhuc
ex fide & promissione, ut certissima

T t 3 &

& propria distribuit. Ita & nos ex filio in Christum coelestem & æternam uitam patriam & hereditariam terram appellamus, & maxime in quo filio, principalis promissio de Messia hæret, quam cui tribuit ei confirmat Deus. Hoc præcipuo loco totum ferè caput absoluitur. Postea adnectit & repetit mentionem de sepultura, seu iustis funebribus.

Exordium capitinis est commune editum conuocationis filiorum, & ipsius Ioseph, qui aberat in aula regia. Congregatis filiis captat attentionem, & benevolentiam ad audiendum futura, atque ea quæ sunt maximi momenti, quæ competit in singulos.

Prosequitur catalogum filiorum secundum ipsorum ætatem, orditur à Ruben natu maximo, qui quoniam suo scelere excidit à summa & regia beneficio.

benedictione, benedicti seminis, Christi, in sua progenie nascendi, priuat & exuit eum omni benedictione regia, & sacerdotali, quæ tamen iure primogeniturae in ipsum competebat, eam perdidit postquam conspurcavit lectum patris sui, Genesis 35. Lewis inquit eris ut aqua, nulla erit in te strenuitas, nullus vir excellens aut præclarus ex te nascetur. Vulgus eris.

Quod appellat ipsum, primam virutem suam, & principium roboris sui non tantum intelligit ipsum esse primogenitum. Sed quoque intelligitur eius pudicitia, & castitas seruata usque ad lectum geniale. Et grauiter taxat scurilem, levissimam & impudentissimam nostram iuuentutem. Docet autem pios adolescentes & iuvenes suo exemplo pudicitiam & castitatem.

5 Proxime sequuntur Simeon & Leui qui quoniam præter consilium, & iussum patris crudelissime sanguinerū contra pactum patris in Sichemitas, & ipsorum regem, totamq; ciuitatem extinxerunt ferocissima nece propter stupratam Dinā sororem, execratur tandem furorem & immanitatem. Ideoq; præterit eos & recusat illis benedictionem regiam, adeoq; nō dignatur illis aliquam sortem seu partē terrae denominare, sed dispergit eos inter alias tribus, quod in Leui completum est, cuius filii sparsim habitabant inter Israëlitas. Simeon autem uix extremas partes promissa terrae ad Aegyptū inter Philistinos occupauit.

6 Iehudæ aut̄ magnifice benedicit pri-
mum de regia dignitate, animi præstā-
tia, fortitudine bellica & secura di-
tione. Deinde promittit sibi perpetuum
regnum usq; ad aduentum Christi, in
sua progenie nascendi, qui non tantū
erat

erat futurus rex inter Iudeos, sed et ipse gentes per singulas nationes ultrò se se aggregarent & dederent ipsi, repudiatis suis rebellibus iudeis. Postea benedicit illi de bonis corporalibus, de fertilitate terræ, & omnium rerū abundantia, de sanitate corporis, quod oculi totaçq; facies uino rubicundior esset futura, & dentes, lacte candidiores, quæ sunt certissimæ notæ sani corporis. Diuersa & uehementis est huius loci decertatio. Nobis constat de sententia, contendat alij de uocabulis, & Rabinorum opinionibus, quamdiu libuerit.

Cæteræ quæ sequuntur benedictiones, sunt tātum corporales de loco et fortuna, sumitq; benedicendi occasions ab ipsis filiorum uocabulis. Zebulū ad seu penes mare habitabit usq; ad Sidonem, quod quoq; ita forte cecidit in diuisione terræ.

Iisaschar ut asinus fortiter feret im-

T 5 posse

positas ab utraq; parte sarcinas, extēditur cū ab una parte ad mare magnū seu mediterraneum , ab altera parte ad mare Galilæe quæ maria comparat sarcinis. Aut erit tributarius , aut captiuus in Assyria, & Italia.

9 Gad p̄cedet & ducet exercitū populi Dei, usq; dū debellauerint oēs Chanānos , postea redibit ad locum suum, Numer. 23. Iosua. 1. 4. & 22.

10 Omnes ferē benedictiones singulorum filiorum orditur Jacob ab ætymologia filiorum. Ita hic quoque in Dan, significat enim Dan, iudicem, Hoc est habebit præsignem iudicem Simson, qui non tantum suam tribum, sed & pāiter omnes tribus iuditio gubernabit. Deinde comparat ipsum serpenti delitenti in uia , qui mordens calcaneos equi, deſciet equitem . Ea omnia competunt in totam historiā Simsonis, quomodo exuſſit, percussit & tandem columnis fractis deiecit & occidit

occidit multos Philistæos, Iudic. 15. & 16.

Affer fertilissimam & frugalissimam fortietur terram, unde etiam reges dilectabuntur.

Naphthali benedictionem uolunt completam esse in expedito exercitu Barach Iudicis contra Sisaran, suadente ita Debora prophetissa, quem Sisara profugum Iahel mulier clavo defixo in capite occidit. Vnde deuictis hostibus Debora & Barach cecinerunt canticum Domino, Iudicum §.

Ioseph benedictio est prolixior & ualde magnifica, primū de ipsius persona quid sit frugi & bene proficiens filius, pulcher, ornatus & propter suam pietatem & fidelitatem ad honorem electus, decorusq; aspectu, adeo ut etiam puella de pallatijs prospexerunt post illum. Deinde commendat eum ab heroica fortitudine et constantia, quam poteris tripliciter in-

intelligere, primum ipsam iaculationē poteris intelligere de inuidia fratrum, in ipsa uenditione dum adhuc erat puer: secundo de solicitatione concubitus per Dominam heri sui. Tertio de heroicis & preliosis uiris in sua progenie. In his omnibus solicitationib. laudat heroicam eius constantiam & fortitudinem, non ut humanam, sed à Deo suppeditatam. Ita ut Domini & et Joseph beneficio uictitant Israēlite, ut oves sub pastore, & cuius præsidio fruuntur, ut solido fundamento in terra aliena. Aut poteris propheticè intelligere, quod ex Joseph pastores & lapides, hoc est, prophetæ & reges ex orientur, quemadmodū tempore Ro beam & deinceps reipsa effectum est. 3. Reg. 12. Postea magno spiritu excludat hęc insignia beneficia Joseph collata, (quod ad tātos honores euectus sit) ex singulari benedictione Dei profecta esse, eaçq; iam porrò pro benedictione

cione confirmat, & primum benedicit à frugalitate terræ. Deinde ab ubertate pecuaria, & fœcunditate prolis. Postremo inquit suas benedictiones fore aut esse ampliores & efficaciores benedictionibus patrum suorum, nam iam plus aucta est progenies, et iam porro plus proficiet potentia.

Hæc benedictio Ioseph maxima ex 14 parte competit in Ephraim filium eius, cuius tribus secundum Iehudæ tribum potentissima & felicissima fuit, Domini consilio evenientia ad regnum iuxta regnum Iehudæ, 3. Reg. 12, habuitque multos insignes prophetas Eliam, Elizeum, Micham, Ionam, &c.

Beniamin postremo ut natu minimum, quoque de bellicosa industria depingit, quam præstiterunt sui posteri in expellendis Cananæis. Et maxime Saul ex eius tribu natus, qui certe bellicosus rex fuit, & præsignis fuisset nisi peccasset in Dominum, in expugnâdis

dis Amalechitis, & persequendo David. Mystice referunt hanc prophetiam benedictionem ad L. Paulum qui primus rapuit, dispersit, & persecutus est Ecclesiam Christi, postea distribuit spolium, factus apostolus.

16 In fine capitinis, presentibus filiis omnibus, repetit mandatum sepulturæ suæ, quo iam antè per iuramentum obstrinxit Ioseph, ut alij filii sint sibi adiutores. Per descriptionem indicat certum locum, & quo iure sit proprius & hereditarius ne quid metuant de contradictione, aut si fieret, ut prouocent ad legitimam emptionem, & possessionem.

17 Quare autem ibi destinauerat seperari & quiescere, iam suprà dicta est ratio, ut suam & suorum fidem de possuenda terra, & ibi dando Christo, confirmaret, utque ita suorum posterorum mentem & fidem secum asportaret,

ret, quemadmodum Christus corporali sua ascensione nostram fidem, spē & expectationem de possidenda uita æterna in cœlis promissa & uera patria & regno, secum assumpsit, ut inquit Paulus ad Colossenses; Qui cōsurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quarite.

Tam certa erant Sanctis patribus 18 promissa Dei, ut etiam ipsam terram, quam adhuc Chananei incoluerāt & possiderunt propriam, auderent ut hæreditarij possessores & reges distribuere & dare suis filijs. Tam certa debent & nobis esse promissa Dei, de regno cœlorum & uita æterna in cœlis.

Postremo describitur mors Iacob 19 quietissima, & somno simillima, ut qui post longas & multas molestias iam placidissime conquiescit.

Colligi ad populum suū, tropus lo 20 quen-

quendi est pro mori aut reputari inter
mortuos, ut ingredi uiam totius secu-
li. Ab hac collectura nemo, quantum
uis sanctus, est exemptus, cōstitutum
est, inquit Paulus, omnibus semel mo-
ri. Estq; periphrasis sanctæ & beatæ
mortis, ac si reputatus est pro beato
mortuo. Beati mortui qui in Domino
moriuntur. Ideoq; Christiani habent
Cimiteria, quò colligūt beatos in Do-
mino Christo mortuos. Et est discriminē
ab incredulis & infeliciter mortuis, il-
li non sunt de hoc populo sanctorum
nec huc colliguntur. Lyra interpreta-
tur hunc locum, de collectione ad Pa-
tres in limbum inferni, de hoc aliorū
esto iudicium.

21 Ioseph osculatur & deflet defunctū
patrem exhibens sibi extremū hono-
rem atq; agnoscēs iacturam de tanto
& tam sancto amissō patre. Impij autē
deflent suos patres, ut ad tumulum no-
uerç, & quasi expectatos ut eijciant,

&

& succedant ad possessiones, & thesauros, ut sint porrò sui iuris, absq; disciplina.

EX CAPITE L.

Vltimum hoc caput tres præciū puos locos recipit. Primum, de funebris Jacob. Secundum, de finali reconciliatiōne filiorum Jacob cum fratre suo Ioseph de eius uenditione. Tertium, de morte Ioseph.

1.

Funus Jacob quoniā erat deferendum per longum iter ad sepulturam, ideo conditur aromatibus, & quoniā erat filiorum Iſraēl patriarcha, & totius terræ Chanaan rex & hæreditarius poffessor à Deo destinatus, ideo regio more cōdit, & regia pōpa ſepelit.

Dum omnia apparantur, primum conditio et lugubria, deinde uenia impetrata à rege, poſtremo uiaticum &

Vu. in

instructio ad iter , 70 dies , hoc est ,¹⁰
transeunt hebdomadæ.

4 Iam Ioseph non accedit ipse ad regem , propter reuerentiam , postquam interfuit morti patris ne auersetur eum , sed missis alijs satrapis , obtendit iuramentum patri datum , de ipso sepeliendo in terra Chanaā , rogit et impetrat concessionem .

5 Et quod dixerat Iacob se iam excidisse sepulchrum sibi in ea spelunca , sic accipias . Ipsa spelunca iam ante erat per aquas diluuij excauata , sed Iacob in ipsa spelunca exciderat sibi monumentū , fortasse in funere Leȝ , q̄ suum funus expectaret .

6 Hic describitur amplissima , frequentissima & plane regia pompa funebris , quæ indicat & testatur pietatē pariter Iacob & Ioseph apud Regem & omnes Aegyptios . Hanc imitātur Christiani pro honore & testimonio pie .

pietatis defuncti, & pro honore & cōtestatione gloriosæ resurrectionis futuræ.

Hic iam simul quiescunt sanctissimi & patriarchæ, promissæ terræ Domini, Abraham cum sua uxore Sara. Isahac cum sua charissima Rebecca. Iacob cum sua Lea. Veteres autem Adam cum Heua ibi quoq; iam longe ante sepulcros esse.

I I.

Filij Israël autem dum sunt in patria terra Chanaan, priusquam reuertantur in Aegyptum, ab integro paciscuntur cum Ioseph, sibi male consci & metuentes ne ipse post mortem patris reddat ipsis talionem, quam fortasse protraxit propter patrem, ne sibi luctum aut molestiam faciat. Et pro maiori autoritate, & faciliore reconciliatione comminiscuntur & prætendunt patris mandatum,

VU & &

& intercessionem. Deinde ipsimet u/ nanimiter deprecantur culpam reges rendissime & familiarissime, cum tan/ ta submissione ut etiam se pro seruis ipsi dedant. Ecce quam mordax uer/ mis est mēs sibi conscientia mali , cuius op/ ptimum & finale remedium est depre/ catio culpat, & reconciliatio, Matt. 18. Alias mordet in infinitum, Esa. 66.

¶ Ioseph autem vir mitissimus & man/ suetissimus collachrymatur de tam/ humili , & submissa depreciatione , & de tam longe reposito metu, totaliter, finaliter & absolute remittit, transla/ ta re in diuinam prouidentiam de ipso/ rum salute, quod ita disposuit Domi/ nus. Et si quid præterea præsumplerit mali contra fratres , Dominum fore in ipsum ultorem. Promittit insuper liberam procurationem pro ipsis & omnibus ipsorum filiis. Tantum ab/ est ut uelit se se ulcisci de iniuria. Hoc certe

certe est ex corde remittere, Matt. 18.
Et vincere in bono malum, Romano-
rum 12.

His amicabilibus uerbis Ioseph per 10
morti & confirmati una redeunt, pro-
ficiuntur & descendunt in Aegy-
ptum, disponente ita Domino, quia
nondum erat tempus completum eos
reducendi in terram Chanaan.

III.

Mose properat ad finem libri & 11
breuiter adnectit aetatem & mortem
Ioseph uidelicet centum & decem ui-
xisse annos, ac uidisse filios filiorum
suorum, usque in tertiam genera-
tionem.

Et quod inquit Machir filium Ma- 12
nasse genuisse filios super sinum Ios-
eph, sic intelligas, quod ab utraque
parte summa uoluptas est, filios gig-
nere filios suis patribus, quibus ludat
in sinu, nam bis pueri senes, Et pueri

Vu 3 sunt

sunt adhuc de originali innocentia & probitate, nondum infecti vitijs exter-
nis. Senes autem deferuerunt, & re-
dacti sunt ad originalem innocentia-
m, ita ut senibus & pueris ab utraque
parte conueniat. Estq singularis gra-
tia & benedictio Domini, uidere lon-
gam posteritatem.

13 Moriturus autem Ioseph conuo-
catis fratribus, paciscitur cum ipsis
de suis ossibus secum asportandis in
terram promissam, si quando Domi-
nus eos illuc reduxerit, certa fide ha-
rens in promissione patribus facta. Et
quod particeps esse cupit promissio-
nis de possidenda terra, & de Christo,
in eam terram uenturo.

14 Lyra non absurdam adnectit cau-
sam, nempe spiritu propheticō præui-
dens Christum in ea terra passurum,
moriturum, sepeliendum, & resurre-
cturum esse, ut ita simul ipse cum alijs
sanctis

sanctis patribus resurgit cum Christo, dum Euangelistæ testantur, multa corpora sanctorum surrexisse, & post resurrectionem Christi uenisse in ciuitatem sanctam, & apparuisse multis, Matt. 17.

Mortuum autem Ioseph aromatisibus conditum reposuerunt in cistelam seu arculam ad promptam auationem, si quando emigraret. Quod quoque postea factum est Exodi 13, et perductum in terram promissam, se pelierunt ossa eius in Sichem, Iosua 24 quam terram, propriam sibi dedit pater supra capite quadragesimo octavo.

Cæteri autem filii Iacobum à cum filiis suis mortui sunt, & sepulti iacent in Aegypto, & inde uerè poterit dici terra sancta.

Sit Dominus benedictus in secula, qui pertingere concessit ad finem huius


ius præclarissimi libri, cuius interpretationem certe non hoc consilio sumpsi, ut singula pro sua dignitate explicare. Quis enim potest immensum perlagus exhaudire? Sed ut tantum qualicunque modo nos inuicem in præclarissimis sanctorum patrum historijs exerceremus ad fidei nostræ incrementum, et ad sanctissimorum patrum imitationem, quod contribuat nobis omnis gratia Pater per Iesum Christum Dominum nostrum,


Amen.


FINIS APHORISMORVM.

In Genesim Petri Artopei.

BASILEAE PER HENRI-
CHVM PETRVM MENSE
AUGVSTO, ANNO
M. D. XLVI.























Et quod dicitur in libro deuteronomio capitulo
xviii. 10. Et si ueniret uisus tuus a te
in die sabbati et non poteris uenire
in die sabbati. Tunc uenire possis
in die secundum sabbatum. Et si
ueniret uisus tuus in die sabbati
et non poteris uenire in die sabbati.
Tunc uenire possis in die secundum
sabbatum. Et si ueniret uisus tuus
in die sabbati et non poteris uenire
in die sabbati. Tunc uenire possis
in die secundum sabbatum.

Siue in mea p[re]cepta loquimur
in iustitione vestra et in iusto
in te uera est quod habuisti 32. **A.**
Agnus in fons misericordie 33. **A.**

Agnes deo regis ut quod eu[er]to[n]t
de te in te regis quod est regis t[em]p[or]is
mox et nesciuimus ut dixi quod regis t[em]p[or]is
eu[er]to[n]t quod in misericordia suorum regis
mox regis t[em]p[or]is in misericordia eu[er]to[n]t
de te in te regis t[em]p[or]is regis eu[er]to[n]t
regis t[em]p[or]is in misericordia eu[er]to[n]t

regis t[em]p[or]is in misericordia eu[er]to[n]t
regis t[em]p[or]is in misericordia eu[er]to[n]t
regis t[em]p[or]is in misericordia eu[er]to[n]t
regis t[em]p[or]is in misericordia eu[er]to[n]t

regis t[em]p[or]is in misericordia eu[er]to[n]t
regis t[em]p[or]is in misericordia eu[er]to[n]t
regis t[em]p[or]is in misericordia eu[er]to[n]t

